



# DECEMBER.

## VITA S. ELIGII NOVIOMENSIS EPISCOPI, A BEATO AVDOENO ROTHOMAGENSI PRÆSVLE,

EIVS ÆQVALI, CONSCRIPTA LIBRIS DVOBVS. HISTORIA

admodum prolixa est. Authoris longum Prologum omisimus  
nihil fere, præter simplicis styli excusatio-  
nem, habentem.

ANN. 570  
\* Hunc co-  
gnomento-  
Dadonem  
vocat Mo-  
lan. in Na-  
tal. Sanct.

I. **G**ITVR Eligius Lemouice Galliarum vrbe, quæ ab Oceano Britannico fere ducentorum milium spatiis seingurit, in villa Catalacensi, quæ à prædicta vrbe sex circiter millibus ad Septentrionalem plagam vergit, oriundus fuit. Est itaque præfata civitas partibus sita Armonicanis in vltiore Gallia, primaque Aquitania, quæ ad plagam respicit Occidentalem. Cui contigua est ab Oriente prouincia Lugdunensis, Gall aque Belgica. Habet etiam ab Euro & Meridie prouinciam Narbonensem: à Circulo autem ambitur Oceano. Porro ab Occasu habet Hispanias. In hac ergo regione parentibus ingenuis, atque ex longa profapia Christianis, Eligius natus atque alitus est. Cuius pater Eucherius, mater vero Terrigia vocitata est. Ipse autem gratia diuina præscieute, congruum sibi ac veluti speculum mentis suæ, Eligius nomen accepit. Ego cum propositum sit de his, quæ gesit, immo quæ Dominus per eum operari dñgnatus est, sicut gesta constat, narrare: tamen id, quod, priusquam nasceretur, ad indicium sanctitatis eius ostensum est, quodque magnorum virorum testimonio didici, omittere non debo.

II. **C**VM adhuc vir beatus matris esset alio ineditus, vidit genitrix eius visionem, quæ huiusmodi habet ordinem. **V**isio m̄tris eius quid pollicentem. Cumque ex reciproca voce euigilasset, perterrita nimis, cœpit mirari, quenam esset hac visio. In terrea venit tempus pariendi, & præmagnitudine doloris cœpit mater periclitari. Vocauerunt autem quendam religiosum presbyterum, boni testimonij virum, ut pro eadem orare deberet. Qui cum venisset ad eam, quasi prophetum mox vñlpans verbum, ait ad illam: Noli, inquietus, mater timere: quoniam benedictum partum tibi Dominus dignabatur largiri. Erit enim vir sanctus, ac de gente sua eleitus, vocabiturque magnus in Ecclesia Christi factus.

III. **I**gitur Eligius nutritus est in fide recta, atq; imbutus à parentibus Christianis religione Catholica. Exinde institutus igitur pueritiae annos excedens, æcum adolescentia cum industria gerebat, & quicquid operis ætati suæ congruum eripuisse, mira agilitate perficiebat. Cum ergo videret pater eius tantum filij ingenium, tradidit eum ad imbutum honorabilem viro, Abboni vocabulo, fabro aurifici probatissimo: qui eo tempore in vrbe Lemouicina publicam fiscalis monetæ officinam gerebat. A quo in breui huius officij vsu plenissime doctus, cœpit inter vicinos & propinquos in Domino laudabiliter honorari. Gerebat n. simplicitatem columbae, ne cuiquam machinaretur dolos. Habebat & serpentis astutiam, ne aliorum supplantaretur insidijs. Dignumque in cunctis habens ingenium, & facile loquebatur, & pure. Ecclesiaram etiam conuenticulis frequenter intererat, & quæcunque ibi ex diuinis scripturis recitabantur, aurem libenter accommodans, audiisse hauebat, atque ita in corde suo memoria recondebatur, vt etiam cum absens esset, ea quæ didicerat, meditatione intentissima ruminaret.

IV. **I**NTERA post aliquot annos extitit quedam causa, diuina (credo) gubernante prouidentia, vt reliqua patria & parentibus, Francorum adiret solum: ubi paucis degens, factus est notus cuidam Regis thesaurario, Bobboni vocabulo, viro honesto & mansuetu. Cuius fe patrocino committens, sub eius ditione degebat. Strenue enim ad omne opus se aprabat, & omnes, cum quibus colloqui potuisset, sao amore amebat.

V. **P**OST aliquod autem temporis interuallum, peruenit ad noctitiam Clotarij Francorum Reg's, huiusmodi ex causa. Volebat enim idem Rex sellam urbane auro gemmisque fabricare: sed non inueniebatur in eius palatio, qui huiusmodi opus, sicut mente conceperat, posset opere perficere. Cum sciret ergo praefatus Regis thesaurarius Eligij industriam, cœpit explorare eum, si quo minus opus optatum posset perficere. Et cum facile id apud eum fieri intellexisset, ingressus ad Principem, indicauit ei inuenisse fe artificem industrium, qui d' spofitum fine cunctamine aggredieretur eius opus. Tunc Rex mente gratissima tradidit ei copiosam auri impensam: sed & ipse nihilominus tradidit Eligio. At ille acceptum opus cum celeritate inchoauit, atque cum diligentia celeriter consummavit. Denique quod ad vnius opificij accepérat usum, ita ex eo duo composuit, vt incredibile foret, omnia ex eodem pondere fieri potuisse. Nam absque vlla fraude, vel vnius etiam siliqua imminutione, commissum sibi patauit opus: non cæterorum fraudulentiam sectans, non mordacis limæ fragmina culpans, non foci edacem flammam incusans: sed omnia fideliter complens, geminam meruit felix remunerationem. Opus ergo perfectum defecit protinus ad palatiū, tra-

In Fratriciā  
proficie-  
tur.

Vt ad Clo-

tarii Regis

noctitiam

peruerterit.

Ei duas ex

auro onfi-

cufedes.

A didicte

**Notitia integratam eis.** didicte Regi quam donauerat sellam, alteia penes se, quam fecerat, gratuito reseruata. Cœpit tunc eum Princeps mirari, simul & efferre tantam operis elegantiam: iussitque illico fabro tribuere mercedem laboris dignam. Tunc Eligius altera ex occulto in medio prolatu. Quod superfuit, inquit, ex auro, ne negligens perderem, huic operi aptau. Confestim stupefactus Clotarius, & maiori admiratione detentus, sciscitabatur opificem, si cuncta ex eodem pensu facere potuisset. Et cum consequenter iuxta id, quod fuerat sciscitatus, responsum accepisset, ingenium eius sublimi fauore attollens. Ex hoc iam, inquit, etiam in maximis credi poteris. Porro hoc fuit initium, necnon & te-

\* Credendi stimonium in palatio Regis honorandi, imoq; \* credendi Eligium. Ex hoc nempe adauictius consurgens, factus est p<sup>ro</sup> eo, quod aut: sex peritis mus, atq; in omni fabricandi arte doctissimus. Inuenitus: gratiam in oculis Regis, & coram omnib<sup>e</sup> optimaribus eius. Domino ergo iuante, roboratur in fide, ac à Rege prouocatus, crescebat quotidie in melius. VI. **Creditur**, id est, fide eius valde spectata. M<sup>e</sup> igitur praesente, nefcio quam ob causam, nisi quod facile datur intelligi, fidelitatis obtenuit, dum apud Regem puerulus habitarem, quodam die Rotoilo in agro accito Rex Eligio, coram reliquis sanctorum precipiebat ei, ut impositione manuum sacris pignoribus daret sacramentum. Sed ille diuinum intuitum verens, excusat humiliter omni niu tentabat. Cumq; instantius id facere compelleretur, anxius valde, cœpit mox vbertim lachrymas profundere, metuens scilicet Regem offendere, septuplumque paucis sanctis pignoribus manus imponere. Intuens itaq; te Rex eius timorem, similque mirantiam viri deuotionem, desit vita eum cogere: sed magis blonde leuiterque demulcens, latissimo illum vultu dimisit, pollicens se plus eum ex hoc iam crediturum, quam si multimoda tunc dedisset iuramenta.

**Non** post longum spatium, cum iam El'gius virilem ageret ætatem, cupiens se vas exhibere Deo sanctificatum, ac metuens ne aliqua suum delicta peccata fuiscarent, omnia ab adolescentia sua coram sacerdote confessus est aet: si que sibi auferant imponens penitentiam, cœpit fortiter colluctationi carnis, spiritus feruore resistere, in laboribus scilicet, secundum Apostolum, in vigilijs, in ieunijs, in castitate, in patientia multa, arque in charitate non ficit. Proponebat namque sibi aduersus præstantes carnis ardores, futuri supplicij ignes: ac memoria ardoris gehennæ, aitatem excludebat luxurias. O abutusq; pro donis cœlestibus, precebat Deum diebus ac noctibus, illud ex libro Job crebro revoluens: Ego, inquit, depescabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum: qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Qui ponit humiles in sublimi, & merentes erigit so- spitate. Adimebat sibi saturitatem panis, vt ecclœstem posset promereri panem. Ora quadem eius ieunijs pallebant, corpus aridum marcebant, sed mens atrius semper æternæ patriæ amore æstuabat: & vnde grauiora recordabantur, inde patientius leuiora portabant. Semper enim praesentis vita terminum intuens, futuram Dei sententiam ac metuenda iudicia formidabant, sciens scriptum: Beatus homo, qui semper est pauidus: & illud Apostoli: Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Necnon & illud Job dicitum: Semper enim quasi tuientes super me fluctus timui Deum. Ad Domini vero pedes noctibus iacebant, manibus peccatus tundens, genas lachrymis irrigans, mode- ratoq; suspicio oculis ad cœlum leuatis, illum semper respiciebat, quem fortasse delinquendo offendisse timebat, ac lamentabili voce hac crebrius verba gemitabat: Tibi soli peccavi, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam: & illud beati Job: Memento, inquiens, quia ventus est vita mea, & Parce mihi: Nihil enim sunt dies mei. Et ex se quodam modo egrediens, illud ante suam pingebat mentem: quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligenter us. Ideo ista inq; ter meditando, quanto plus proficeret, tanto plus humiliabatur: vt quanto plus humiliatus esset, tanto amplius proficeret. Cuius quanta fuit misericordia, tanta fuit & venia: & quantum se humiliiter affixit, tantum clementer à Domino meruit sublimari. O profunda benignitas Dei: sit velocior venia, quam culpa. O felix pœnitentia, que tam velociter ad se Christi traxit misericordiam, quæq; non prius assiduo fletu delictorum flaminas extingundo, & frequenti ieunio peccatorum virus excludendo deflitti, quam misericordiam, quam poscebat à domino, impetraret. De talibus quippe per Malachiam prophetam Dñs dicit: Dedi ei timorem meum, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Hinc iterum scriptū est: Timor Domini expellit peccatum, & rufus: Qui timet Dñm, nul trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius.

**Malach. 2.** **Ezcl. 1.** **Ezcl. 34.** VIII. **DENIQUE** quodam tempore interpellans Domum, fide pleno pectore exigebat, vt si accepta Deo pœnitentia eius esset, quo modo dignaretur ei dare notitiam. Habet itaq; in cubiculo, vbia fisside cubitare solitus erat, multorum pignora sanctorum in supremis dependentia, sub quorum sacro velamine, reclinato in cilicio capite, orare consueuerat nocte. Quo nimis in locum cum ex more quadam nocte in oratione prostratus, super cilicium incumberet, sonno ingruente oppressus, veluti transverso in momento obdormivit, visum que est ei adfuisse repente quandam, arque dixisse: Ecce El'gi, exaudita sunt preces tuæ, indiciaque elim quæ sita nunc tibi concessa. Mox ille excitatus, odorem hausti gratianum. Sensit etiam ex gerulo reliquiarum guttas suauissimas super suum lenissime deflare caput. Ex quo nimis attonitus, surrexit velociter, & solicite conspiciens, vidit quæ balsamum distillare de chrisianto, & pallio, quo erat opertus. Tanta quippe fragrantia odoris suauissimi totum illud impleuerat cubiculum, vt etiam ipse vix ibi subfistere quisiisset. Tunc memor suæ petitionis, nimisque largitatem bonitatis Dei miratus, altius ingemiscens, fidelem retributorem ex intimo corde benedicebat Christum, qui nunquam derelinquit sperantes in se. Hoc ergo fuit initium virtutum eius, immo imponentis Dei, per quem omnes omnia posunt. Quod cum vir sicut sodali suo Audoeno, cognomento Dadoni, quem sicut animam suam diligebat, nus est au- secretus enarrasset, viciſſim ab eo exegit, ne, & sequo ipse in corpore maneret, eadem cuiquā indicaret. At ille hæ- thor hifto- audiens, cœpit continuo animo compungi, cœpitq; secreta arcanorum eius vis quædam in tertiis amoris accendere, ria huius. Iamq; ex hoc, spretis seculi blandimentis, cupiebat ex studio Eligium emulari ad bonum. Et accito eriam germano suo Adone in consilio cōmuni, (erant n. viri incliti, optimates aulae, fili jsc. Anatharij) Hi ergo cōmuni habito cō- filio, ceperunt imitari, quæ ab Eligio gerebantur: et eis familiare confortiū, & cor vnum in Dño, atq; anima vna.

**Clotarii o- batus.** **Kius felici- tati multi- iauident.** **Catalogus virtutum s. El'gi.** IX. **INVENTUS** ergo Eligius gratiam coram Deo, & coram regibus Francorum, & ferbarat ei ab omnibus testi- monium, istantum vt copiosam molem argenti & auti gemmarum ab q; villa pena à Rege acciperet: crescebatq; ei honor cum magno fauore de die in diem, & omni ex parte probatus, vernabat in aula deuotus. Mortuo interea Clotario Rege Francorum, Dagobertus filius eius monarchiam regnifolis obtinuit. A quo Eligius tanta familiaritate plurimorum eius felicitas ingens gigneret odium. Siquidē oderant eum praui, quippe quoniam magna opere oderat ipse superbiam, diligebat veritatem: & cum esset strenuus, iugis ei erat contra eorum vesaniam pugna, perpetuusq; certamen. Sed plane omnes boni illum admirabantur & diligebant, quia nouerant catholicam hominis scientiam, ac patriæ celesti mente iugiter intentam, semperq; aetibus bonis præparatam. Se cœtabatur igitur iugiter charitatem, mansuetudinem & longanimitatem. Diligebat Deum ex toto corde, ex tota anima, arque ex tota virtute. Erat quoq; tranquillus moribus, & serenus adspectu. Gerebat vultum planum, moderatam speciem, ornatum adspicuum, quietum sensum, animum læcum, humilem sapientiam. Semper opera bona factis amplius, quam verbis ostendebat: corpus fame castigans, ieunium potius quam epulas amans, dolentem consolans spem suam Deo committens, orationi frequenter incumbens, nihilque amoris Christi præponens: quod credebat, do- gens: quod docebat, imitans. Semper enim ante oculos eius dies ultimus verabatur, tempeste mens eius p. 252.

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSIS.

3

præcepta cœlestia meditabatur. Orabat autem frequenter, quia didicerat, quod oportet sine cessatione Dominum rogare. Satagebat magnopere, ne secundus cuiquam in operibus bonis inueniretur. Erat etiam erga famulos Dei valde humanus atque benignus. Charitatem vero super omnia & ipse diligebat, & omnibus seruare mandabat. Existebat utique in cunctis caibus firmus, omniaque aduersa patienter ferebat. Pericula aliena in se pertimescebat, a liorumque casus, suos esse laqueos iudicabat. Finem quoque vita suæ sollicitus considerabat, metuens ne se tanquam fur hora illa inermem comprehendenderet. Cum opere etiam lectio vacabat, sciens quod lectio sensus augentur, & intellectus tribuitur: & quod lectio doceat, quid caueatur. Erat vero erga omnes humilis, nimiumque in humilitate fundatus: nulli se præponens, nulli superiori se deputans: sciens & illud, quia si quis perfecta contentus fuerit humilitate, habebit ex illa gloriæ: & quanto quis humilior fuerit, tanto eum altitudo gloriæ sequetur. Habebat n. temperamentum in prosperis, patientiam in aduersis, mentemq; nec gaudio nec mœrere à Christi unquam amore reuocabat. Irascentem quoq; patientia declinabat, & blandimento iracundiam furentis tempererabat ac scilicet enam miseriam tanquam lugebat. Eratq; ei in ingressu simplicitas, in gestu grauitas, in motu puritas, in incelso honestas, in ieiunio hilaritas. Animus n. eius in modestissimo corporis habitu apparebat. Erat etiam parcus in sermone, blandus in eloquio. Tristem, imoque dolentem, dulci consolabatur affatu. Hoc proferebat ex labijs, quod mentem edificaret audientis, siebatq; eius sermo expectationi Ecclesiæ utilis. Nihil enim ex omnibus quæ egisset bonis, meritis suis tribuebat, nihilque in virtibus suis vñquam præsumebat: sed omne opus suum ad Deum semper conferens, in cunctis aëribus eius auxilium implorabat. Bonum quod didicerat, docebat: verba tamen operibus præcedebat: sciens non esse laude dignum, quod docet quis, nisi dictis facta coniuxerit: sed potius si quod docet, & facit, tunc habebitur gloriæ. Vnde & Apostolus dicit: Ne, cum alijs pædicauerim, ipse reprobus officiar. Hoc præterea inuisibilem orationibus & precibus repellere iugiter contendebat, pugnans ore, non gladio: orationibus, non telo: precibus, non ferro. Cunctis autem diebus, cunctis horis Dei flagitabat præsidium, vt dignus post mudi lucem posset peruenire ad brauium. Res temporarias tribuebat egenis, vt pro eisdem mercaretur paradisi delicias. Deutabat quidem superbiam, amplectebatur humilitatem: Dei semper auxilium rogans, finem iugiter felicem postulans. Quis n. illo tempore humilitatem eius cernens, non protinus compungeneretur? Aut quis amator pecuniae, eius humanitatem ac parsimoniam, deuotionem queque & studium adipisciens, non admirando confestim obstupesceret? Nam quicquid bonorum in principio arripuit, vsque ad finem vitæ nullis negotijs passus est implicari: sed integrum & sanctum propositum seruans, in nullo cœptam regulam commutauit. Sub habitu alterius semper alteri militauit; & quicquid habere potuit in mundo, Christo tradidit ex toto.

- X. **P O L L E B A T** itaque magis sacram in vigilijs, in ieiunijs, atque in charitate. Fabricabat in vñsum Regis vñfilia quamplurima ex auro & gemmis. Sedebat fabricans inde fessus, & contra illum Tyllo vernaculus eius ex genere Saxonico: qui magistri vestigia sequebantur, & ipse postmodum venerabilem vitam duxit. Sedens ergo Eligius ad opus prædictum, codicem sibi imerit præ oculis pia perebat apertum: vt quoque generi laborans, diuinum perciperet mandatum. Sic igitur duplum gerens officium, manus vñibus hominum, mentem vñsi mancipabat diuino. Fragrabat eius vñque fama intantum, vt si qui ex Romana, vel Italica, aut Gotthica, vel qualcumq; prouincia, legationis sedere, aut alia quacunque ex causa palatium Regis F.ancorum adire pararent, non prius Regi occurrerent, quam Eligium aggrediebantur, vel iuueniam alimonias ab eo poseentes, vel certe consilium salubre quærentes. Confluebantq; ad eum vñdique viri religiosi, aduenæ quoque & monachi: & quicquid militare poterat, aut eis in eleemosynam dabant, aut certe captiuorum in pœcia distrahebat. Habetat maximum huiusmodi opere studium. Sane vñcunque venundandum intellexit & mancipatum, magna cum misericordia & festinatione occu- ns, mox dato pre- cito liberabat captiuum. Interdum etiam vñque ad viginti aut trigesita, seu & quinquaginta numero simul à captiuitate redimebat. Nonnunquam vero agmen inter grum, & vsque ad centum animas, cum nauis egredierentur, vtriusq; sexus ex diversis gentibus venientes, pariter libertate, Romanorum scilicet, Gallorum arque Britannorum, necnō & Maurorum: sed præcipue ex genere Saxonum, qui abunde eo tempore velut greges à sedibus propriis euulsi, in diversa distrahebantur. Quod libi contigit, vt copiosas venditorum numerus menutam precij excederet, cuncta præter corpus proprium, quæ habere poterat, vñque ad cingulum & amphibalum, necnon & vñctum necessarium, sed & vñque ad calceamenta cuncta se expoliabat, tantummodo vt captiui subueniret. Id etiam & in peregrinos Christi sepiissime faciebat. O quoties debitor est: voluit, vt debitoribus subueniret? Quoties brachile aureum, pugnam quoque auro gemmisq; comptam sibi subripuit, tantum vt miseri succurret. Vrauen breuiter comprehendam, tantam captiuiorum multitudinem per succendentia temporum spatiā a duro dominorum absoluuit iugō, tantas eleemosynas diuerso hominum generi vtriusq; sexus diuersis Ecclesiis ac monasteriis distribuit, vt nullus ea orator, quantumvis studiosus, quanuis sit eloquens, ad plenum narrare sufficiat. Redemptos n. captiuos protinus coram Regestatius, iactatis ante eum denariis, chartas eis libertatis tribuebat. Deinde trinam ipsis optionis proponebat electionem, i. vt si qui velint iam liberti ad propriam remeare patrem, ipse eis in quantum suspectebat, præberet subsidium. Si qui autem cum ipso velint permaneare, libens valde accōmodabat assensum, ita duntaxat, non iam vt seruit, sed potius vt fratres cum eo degarent. Porro si quos suadere poterat, vt venerabilem monachorum vitam arripientes, Multis per- claustra cœnobij expeterent, hos tanquam dominos in signis honorans, vestimenta etiam & quæq; necessaria tri- buens, illico archisterii cum exultatione destinatos, cum grandi demū sollicitudine eorum gerebat curam. Habetat præterea secum plures vernaculos, in suo contubernio degentes, fibijs, necessario ingiter obtemperantes. Ex quib; erat Baudericus, ciudem libertus comprouncialis, qui in omnib; honore valde eius curam gerebat. Erat etiam Timenius, genere Suevus, fidelis cubicularius laicus, qui postea ad meritis cumulum peruenit interemptus. Necnō & Buchinus, ex gentili conuersus: qui & ipse postea venerabilis exitit, ac Ferrariæ si cœnobio præfuit. Andreas quoq; & Martinus, atq; Ioannes, qui eo etiam procurante ad clericatum peruenire meruerant. Sed & alii quamplures, quos enumerare perlongum est: qui diu noctuque in eius camera cum omni studio solenniter canonicum adimplere studebant cursum.

- XII. **M U L T I T U D O** præterea pauperum, sicut apes ad aluarium vndiq; quotidie ad eum confluebant, intantū vt si quis ignotus aut peregrinus Eligii inquirens domicilium, cum de eo interrogaret quempiam, id ab eo accipere responsum: Vade in illam plateam, & vbi pauperum cœtum confixeris, illuc utique & Eligium reperies. Sicut enim vt dictum est, apes circundant fauum, ita assidue turbis pauperum constipatus incedebat Eligius, quibus aut perse, aut per famulum alimoniam pariter & eleemosynam tribuens, benignissime quotidie refouebat. Habetat autem & loculos, vbi autem distribuendum secum portare ingiter coinerat, nec sicubi pauperem fortuito obviuū habuisset, dilatio vel parua porrigiendi intercederet. Quod plura? Quicquid habuit, excepto tegumento & vi- statuorum egenis & monasteriis dispergit sciens Apostoli esse præceptum. Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incident in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Nam cum vespertinis horis sepe post biduū nonnunquam post triduum paratum accederet sumere cibum, destinatis in diuersa famulis, omnes quos iuuenire

Leffio sa-  
cra docet  
quid caue-  
tur.

Nota ex-  
mum do-  
cendi ge-  
nus.  
*T. Cor. 9.*

Constantia  
in bona.  
Sub mundi  
habitu mi-  
litabat  
Christo.

Odor boni  
nominis e-  
ius multis  
penetrat  
terræ.  
Militare,  
pro emere-  
ti, vel eme-  
rendo ac-  
quitare.  
Mirum e-  
ius studiū  
erga tedi-  
mendos  
captiuos.

Multis per-  
claustra cœnobij  
fauet mo-  
nasti in-  
stituti vi-  
tam atti-  
pere.  
Aliquot e-  
ius prælati  
discipuli,  
ve s. auxilia-  
res.

Canonicū  
cūsum, id  
est preces  
horarias à  
ue canonici  
cas.

1. Tim. 6.  
Oblertia e-  
ius iac-  
diam.

potuisse regenos & peregrinos, seu mendicos ac languidos, sibi met adduci præcipiebat. Hoc etiam cunctis diebus, exceptis his, quibus & ipse reficit batur, faciebat. Raro enim, aut certe nunquam contingebat, ut cu eo pauperes minime conuinarentur. Quibus adducatis, ipse proprio famulorum incipiens officium, eorum necessitatibus hilariter valde seruiebat, auellens ab humeris sarcinas, dorsi mantil bus leuians, aquam manibus fundens, inerumq; scypho refundens, ipse potum porrigenus, buccellam ipse præbens, omnes postrem per ordinem faciens in mensa dissumbente, ipse panem frangens, cibumque illis inferens. Deniq; his peractis, omnium iam fame refecta, sic ipse aut ante eos stans, aut certe ad cornu mentis vili sellula vtens, valde exiguum, atq; ex comedentium fragmentis reliquum sumebar cibum. Plerunq; vero reges ad mensam iuxta morem vocatis, cum & ipsi esset congrua cibi sumendi hora, mensa allata atq; composita, manibus etiam lotis, nec vnius quidem supererat panis, qui inuitatis posset apponi, omnibus, ut saepe contingebat, it, eodem die vsq; ad viictum aut in eleemosynas redactis, aut in precia captiuorum absumpsis. Sed cum ex famulis circumstantibus quidam istud saepius irriteret, nonnulli etiam humiliter in opere eius compaterentur, vniuersi simul beatus vir coercens atq; refouens, aiebat: Quid molesti estis, modicæ fidei? Nunq; qui Eliam & Ioannem in deserto pauperes, nos modo in medio cœtu hominum tuo fraudabit beneficio? Credo, inquit, in creatorē meum, quoniam etsi nos non meremur, hi tamen pauperes Christi, refocillati hodie ipsius dono, ab hoc recessent domicilio. Nec mora, aliquid priusquam verba compleret, pulsabant viri vestibulum domus, panes ceteraque necessaria affluerent deferentes: quos aut Rex, ut saepe consueverat, aut dies quidam, aut deuota mittebat persona. Omnes enim iam compertum habebant, & quibus Eligius indigeret, & quibus sui iuris substantiam dispergeret. Vnde cumque autem veniret, Eligij tamen fides eum nunquam fecellit: quoniam veraciter dicit scriptura: Hi larem datorem diligit Deus. Et hoc sane non transitorie, aut ad momentum fecit: sed omni pene vita sua tempore id agens, tale Galliae reliquit exemplum.

**S E D** cum viderim hominem, cur non & formam eius depingam? Erat sane statura procerus, facie rubicundus. Formosum habebat casuariem, & quasi crispantes capillos, manus honestas & oblongos digitos, Angelicū vulnus, simplicem & prudentem adspicuum. Vtebatur quidem in primordio auro & gemmis in habitu: habebat quoque zonas, ex auro & gemmis comptas, necnon & crumenis eleganter gemmatas: lineas vero metallo rotulas, oras farcarum auro operatas: cuncta quidem vestimenta preciosissima: nonnulla etiam holosferica. Sed his omnibus ostentationem fugiendam primo tempore vtebatur palam: intrinsecus vero ad carnem cilicium gestabat ex consuetudine. Postea vero cum ad auctiū profecit, cuncta ornamenta in egentium necessitatibus contumpsit. Vides plerunq; ire funiculo cinctum, vilibus vestibus teatam, quem videbas dudum radianis auri & gemmarum mole opertum. Nonnunquam vero cum videret eum Rex ob devotionem amoremq; Christi expoliatum, subripiens sibi ipsi, dabat ei proprium indumentum & cingulum. Dicebat enim, non esse dignum, eos, qui seculo militarent, incedere ornatos: eos vero, qui ob Christum cuncta sibi auferrent, esse inglorios. Denique apud Regem habitans, habebat matronalem aulicam coniunctam cum Dadone. Sicut enim animam suam, ita diligebat eum. De cuius quidem exemplis multa sumptuosa, quae nec à longe vtique narrare sufficiuntur. Habebat autem in cubiculo suo multa sanctorum dependentia pignora, necnon & sacros libros in gyro per axem plurimos: quos post psalmodiam & orationem renoluens, & quasi apis prudentissima diuersos ex dueris flores legens, in aluearium sui pectoris optima qua que recondebat. Erat ei confuetudo noctibus cilicium ante lectum sternere, seq; aut à primo crepusculo, aut post paululum quietis lectulo excutere, & super eo submissio capite orare prostratum. Sice; plerunq; noctem toram, excubis insistendo, cum lachrymis ducere. Grandis enim ei collata erat gratia lachrymarum. Diuersis autem modis, quantum humana posset natura permettere, semper in id incumbebat, vt omne noctis tempus in Dei seruitio consumeret. Cum enim prolixè oraret, pro quadam leuamine intermittens orationem, psalmos concinebat ex ordine. Quibus diu cantatis, ad lectioem accedebat: cumq; facta verba percurseret, vides repente suppliciter oculos ad cœlum leuare, suspiris suspitione, fletum lectio misere, singultibus pectus quatuor, atq; ora lachrymis uberrime perfundere. Et cum plerunq; inter ipsa verba diuina somno vehementer ingruente grauaretur, ex ipsis quodammodo lectiois verbis etiam per somnum meditabatur. Cumque subito excitus lectioem expleret, rufus secundum morem cor ferebat ad orationem. In quo opere tanto studebat silentio, nusquam caput resileens, nihilq; aliud intendens, vt vix aliquis spirantem eum audire posset. Non raro quidem diuersas eob causas & noctu, & maturius in Regis conclave vocatus, nullatenus eo ire volebat, etiam si nuncij alij super alios mitterentur, priusquam propositum & institutum suum in Christi seruitio complexisset. Egrediens domum, oratione & Crucis muniebat ut signo. Regredienti vero domum oratio occurrerat prius, quam leflio. Eum in modum ille se geslit omnibus diebus vite sua, & his exercitijs ad æternam patriam iugiter anhelabat. Denique erat modis omnibus affabilis & subtilis, corde pius, atque etiam animo ad bellum gerandum fortis.

**D E N I Q U E** aliquando rogatus à Rege legatione fungi in partibus Britannia, nihil ille cunctatus, perrexit non minus festinus, quam Christi charitatem leurus. Quo cum peruenisset, Britannorum principem adiit, causas paci indicavit, pacis obsidem recepit: & cum nonnulli litores vel bella sibi mutuo eos indicere estimarent, tanta illum principem comitate, mansuetudine & dexteritate attraxit, vt etiam facile illi persuaderet secum vt proficeretur.

Itaque commoratus ibidem aliquandiu, rediens domum illum Regem secum adduxit cum multo exercitu gentis eius, eumque in Priulo villa Regi Francorum præsentans, pacis fœdere illos coniunxit. Et ille quidem Britannus Rex copiosa munera attulit, sed uberioris muneratus, ad propria redit. Quis vero ad plenum sufficiat enarrare, quatas in eo itinere Eligius eleemosynas fecerit? Nam præter aurum, ceteraque opes, quas distribuit, etiam cingulum suum aureum, elegans aptatum, pauperibus & neccissitatem patientibus dispersit, vt apte ei Psalmistæ vox posset congruere: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Semper enim ubique esset, sententiam illam Apostoli meditabatur: Habentes alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt diutes fieri, incident in tentationem, & in laqueum diaboli. Et haec iugiter considerans, faciebat amicos de mammona iniquitatis, qui ipsum reciperent in æterna tabernacula. Atque ita fatigebat, vt cum haec omnia faceret, ostentationem penitus fugeret, ne in hoc seculo laudes humanas suo pro opere reciperet. Nam nunquam ille proper excellentiam suam inflatus est superbia: nunquam seruos suos adducta fronte contemplit: sed cunctis ipse amabilis, principes diligebat vt fratres, venerabatur vt dominos. Eorum etiam ministros, ac vniuersum palatij ordinem, quo regalis frequentatur ambitio, concordissimo sibi charitati Christi conglutinauerat vinculo.

**P O R R O** Rex Dagobertus, torrens pulcher & inelyctus, ita vt nullus ei similis fuerit in cunctis retro Franco-

corum Regibus, intantum diligebat eum, vt frequenter ceterus principes, optimatum, ducum arque Episcoporum se subtahens, Eligij secreta expeteret colloquia. Quicquid autem Eligius ab eo petisset, id absq; villa dilatione im-

petratabat: idq; totum, quod ab illo adipisci poterat, in eleemosynas eagentium, in prece a captiutorū, in remedia debiliū expendebat. Vnde & ipse princeps libentissime prætabat, quod sciebat non vni, sed pluribus, prodeesse.

**D E N I Q U E** inter cetera petij ab illo villam quandam in rute Lemonicino, quam Solenniacū vocabant: Hanc XV.

mihi, inquiens, domine mi Rex, Serenitas tua concedat, quo possum ibi, & tibi & mihi scalam construere, per quam

merita-

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

inseremur ad coelestia regna uterque concordare. Quam eius petitionem libenter Rex, sicut solebat, admisit: & obtinet a quod ille poposcerat, sine mora, dato pracepto, concessit. Erat autem tempus, quo census publicus ex eodem pago in Regis thesaurum inferendus exigebatur: cumque omnis ille census, in unum collectus, Regi pararetur afferendus, velletque tum domesticus, tum monetarius aurum ipsum prius fornaci coctione purgare, ut pro more purissimum atque rutilum aula Regis presentaretur metallum, (Nesciebat enim Eligio praeium esse concessum) totis viribus triduo vel quadruplo labore insistentes, nulla poterant, Deo id prepediente, arte efficere, donec ab Eligio praeueniens nuncius, opus ceptum intercipiteret, etis que id dominio reuocaret. Mox ergo ut hoc nunciatum est, cum tis loci illius accolis exultantibus, & opus perfectum est, & eius ditioni commisum. Quo in loco primum ac potissimum virorum Dei construxit monasterium: ubi etiam Abbatem constituto, multos ex suis vernaculis mancipauit. Plures quoque ex diversis prouinciis usque ad centum & quinquaginta monachos congregauit, redditusq; terrena, quia affluenter possent sufficere, delegauit. Ipse vero tanta se deuotione, tantoque amore eidem loco impendiit, ut quicquid habere potuisse, q; quid a Rege adipisci, quicquid digne comparare, illi destinaret, additis eti illis, quicquid magnates sua ipso ei largiri essent. Videres plausis vehi onera, copiosa vascula, tuæ aenea, tum lignea, vobis illorū necessaria. Tum quoq; vestimenta, ad lectum attinentia, & linteamina atq; mappas: sed & sacrarum volumina scripturarum plurima. Denique omnia, monasterij usibus necessaria, instantum, ut improbi quidam ea causa, ingeniti uidea inflammarentur. Cogitat autem ille seipsum denum illi mancipare monasterio, nisi euna diuina dispensatio alteri loco destinasset.

XVI. Q u e m ad locum etiam ipse accessi, & tantam illuc sacra regulæ obseruantiam vidi, ut pene sit vita singulatis eisdem monachis præ ceteris Gallie monasteriis. Est autem congregatio etiam nunc magna, diversis gratiarum floribus ornata. Habentur ibi & artifices plurimi, diversarum artium periti: qui in Christi timore perfecti, semper ad obedientiam sunt parati. Nullus ibi quicquam proprium sibi vendicat: sed vt in auctibus legitur Apostolorum, *Acto 4.* sunt omnino omnibus omnia communia. Est vero locus ipse tam fertilis, tamque amoenus, ut cum quis eo diuertitur, inter pionorum nemora, & horrorum amoenitatem virientia, in hæc ei verba libeat protinus prouerpere: *Quam pulchritudinibus tua Iacob, & tentoria tua Israel: ut valles nemoroſæ, ut horti iuxta flumios irrigui, ut tabernacula, quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas.* De talibus per Salomonem dicitur: *Habitala iustorum benedicuntur.* Estantem idem cœnobium haud procul à Lemouica urbe situm, sex circiter miliarib. ad plagam diuersi meridianam. Ambitur vero in rotundum muro non quidem lapideo, sed fossa sepe munita, decem fere stadiorum haereditate spatiu in circuitu. Ex uno quidem latere munitur optimo flumine, cui mons excelsus sylua opertus, ac prærupta valde rupes imminet. Omne autem spatium monasterij, diversi generis arbores pomiferæ occupant: sicq; illuc segnis animus recreatur, acsi partem amoenitatis paradisi se occupasse gratuleretur.

XVII. I s t o igitur cœnobio in omni opere perfecto, omnique ex parte cum solertia stabilito, cogitabat in Parisien- situs amœbi fabricare Xenodoctium. Sed excellentiori consilio, Deo inspirante, concepto, cepit ex domo sua, quam in Solennia- eadem urbe ex munere Regis acceperat, virginum Christi ædificate domicilium. In quo opere diu multum que instantissime desudans, dignum tandem sanctum virginum construxit Asceterium. Vbi districtam constitens disci- plinam, usque ad trecentarum numerum puellarum ex diversis gentibus, tam ex ancillis suis, quam ex nobilibus promona- strio. Quibus & Abbatissam, dignam Deo puellam, nomine Auream, filiam scilicet Maurini & Quiriae, constituit. Terra evam redditus copiosos delegauit, atque ex integro omne suum studium ex- convertit. Videres & ibi trahere vndeque velut vtilissimam apem, cum etiam monasterio necessaria, vasa simul & vestimenta, necon & sacra volumina, aliaq; quamplurima ornamenta. Nam quicquid huic sexui congruere & necessarium fore videretur, ut pifilius pater solerti sat in omnibus diligentia & cura sollicita prouidit. Cumque opera omnis, cunctæq; domus necessaria in eo loco completa essent atq; perfectæ, vnum adhuc restabat, vile quidem, sed necessarium, ædificandum domicilium. Et cum non haberet terram copiam, omnia etiam ædificijs occupata essent, adiacebat illuc ad opus necessarium area quæcam fiscalis exigua. Præcepit ergo metiri terram, ut sciret quanta esset: con- festimque ab ipso ad principem, suggessit de urea, & sine mora obtinuit quod petebat. Cumque reuersus ad aream, linea iactata amplitudinem habitaculi expendisset, inuenit quasi pedem vnum amplius spatium, quam ipsi Regi indicasset. Contritus igitur, ut qui nemini vellet imponere, se Regi esse mentitus, reliquo protinus opere, ad au- lam modestus rediit, moxque ut ad Principem venit, humi se stravit, mendacium indicauit, aut veniam, aut mortem centissimi poposcit. Sed cum Rex minutissimæ rei causam cognouisset, magis in stuporem versus, eius iniuria condoluit, atque ad circumstantium se leue conuertens frequentiam: Ecce, inquit, quam præclara & quam venerabilis Christi fides. Duces mihi & domestici spatioſas subripuit villas, & Christi famulus propter fidem, quam habet in Domino, nec palnum quidem passus est nobis celari de humo. Sic ergo elementer Eligio consolato, duplicauit donum, quod dudum pusillum tribuerat. Ex quo facto liquido pote intelligi, quantum vir sanctus mendacij culpam pertinuit, qui vilissime rei erratum in sua noluit harere conscientia. Talis eum fides ad celum euexit: hæc illum fidelitas & Deo charum, & apud homines præclarum fecit.

XVIII. Igitur cuncto opere monasterii peracto, atque omnibus ædificiis ancillarum Dei absolutis, pro quibus mercedem laboris adeptus est lucra animarum: ædificauit postremo basilicam in honore S. Pauli Apostoli, ad an- cillarum Dei corpora sepielienda. Cuius testē sublimia plumbo eleganter operuit. In ea basilica beatus Quintillus Abbas humatus est. Ædificauit etiā, ino renouauit basilicam in honore S. Martialis Lemouicini pontificis & confessoris, eaque urbane stabilita, testē eius plumbo vestit. Cumq; eiudem sancti reliquias satis deuotus cum magno triumpho, magnoq; virtusq; sexus comitatu, cum melodia psalmorum ac dulci modulamine antiphonarum chorus eo deferret spallentium, miraculum Dominus declarauit memoria dignum. Ob hoc enim & Eligius ea via deportari volebat sacra pignora, cum potuissent alia re eti & compendiosius. Erat haud procul à tramite illo claustrum terti carceris, vbi septem viri siue noxi, siue innocentes, in terra custodia tenebantur. Cum ergo Eligius, vti *2. Reg. 6.* quondam Daud ante arcam exultans atque tripudians, cum reliquis & præfato agmine in voce exultationis præteriret, mox ut ad ergastulum propinquare cœperunt, repente gestator pignorum graui pondere depresso, solo fi- xus restitit. Cumque omnes eum compellerent promouere gressum, ille se id nullatenus posse voce publica confesus est. Stantibus igitur cunctis, & ad rei euentum obstupescientibus, vinclis in carcere, lenis tonitru cœperunt audire vocem, statimq; vis quædam cum magno impetu adueniens, rotum ab imis carcerem valide concussum: moxq; ef- fractis seris omnibus, nexibusq; dissipatis, ostia obserata patuerunt inclusis. Illico vestigia depressa ferentium pignora, reueuata sunt: & rei è carcere egredi, ecclesiam petierunt. Oés igitur, qui aderant, in stupore versi, cœperunt attolle- re nouitatem miraculi, ac merita duorum coniuncta simul sancti oru, Martialis laudem, Eligij favorē prædicare. De- nigr; quicunq; hac viderunt, Christo Dño vberes laudes, qui in suis operatur seruis, continuis vocib. depromebant:

XIX. P os t aliqua temporis curricula, ceperat vrbs Parilia scuifissimo cremari incendio. Nam cum tota pene ar- deret civitas, usqueque vis flammæ edacis ferebat glomerantes quaq; in parte fauillas. Tunc Eligius mœstus, det. sum videret iam supra suum monasteriū flante vento, ad eamq; quam supra diximus, ecclesiam globos flamarum

Ecclesiæ à sancto Eligio exstruc-  
tæ, dimini-  
tus conser-  
vatur.  
Virtutes e-  
ius euome-  
runtur.  
  
Benignitas  
eius in pau-  
peres.  
Math. 5.  
Eccles. 3.  
Iust. 11.  
Job 31.

cum axibus & carbonibus ferti, grauiting muiit. Iam enim invalescente igne, in promptu erat, ut etiam tegumentum basilicæ funderetur vi vastans incendi. Attollens ergo Eligius vocem, cum gemitu dixit: O sancte Marialis, cui domini te mod. non succurris? Certe enim noueris, quod si hodie te non curante crematur, nunquam iam ab Eligio in æcum restaurabitur. Confessum vero adfuit Domini gratia, & aliam in partem vento flamas impellente, & ecclesia, & rotum eius monasterium steriat remansit incolue.

Hic itaque transiit, ingredi vir sanctus intentus manebat diuinis officijs. Erat in eleemosynis præstandis largitus, in vigilijs, sed diuis, in oratione denotus, in charitate persestus, in humilitate profusus, in doctrina præcipius, in sermone parcus, in locatione catus, in conuocatione sanctissimus, nulla mundi compede constictus, ad præstandas seruus Dei officia & obsequia accinctus, ad redimendos captiuos sollicitus, ad laetendum egenis diffusus, in duris afflictionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissimus, in hospitalitate latissimus, inter opprobria securus, inter odia beneficus, in prosperis & aduersis cœlo semper intentus. Non poterat in eo inuenire hominem gemitum, nec quod fraudis deciperet, nec quod simulatione fuscaret. Synceritatem quidem mentis, virtutis sinceritatem monstrabat: & pietatem elementissimi confidit, sermonis lenitatem prodebat. Nihil quippe eius animo clementius, nihil illius seueritate iucundius, iucunditate nihil seuerius, nihil rufi grauius, nihil prolius tristitia suauius. Si pauperem vidisset, sustentabat: si diuitem, ad beneficiandum cohortabatur: Deum testem inuocans, pro eius nomine hoc omnia facere. Nemo pauperum ab eo vacuus reuersus est, illud Domini in Euangeliō aliquando ingiter commemoante: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur: itemque illud: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. & illud: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Nam sicut de beato Iob dicitur, ianuas eius omni aduentient patabant, ut & ipse cum eodem posset voce libera proclamare: Ostium meum viatorum patuit. Ex tunc claudorum, & oculus cœorum, orphanorum patrum, ac viduorum consolator: non carcere clausis, non ægritudine fatigatis suum inquit, quatenus facultas suppeditavit, negavit auxilium: sed misericorditer consulens miseri, omne semper eis administrulum praebuit. Quem enim cœcum non suum vocavit heredem: aut quem debilem non eius sustentauit manus: Fores quippe eius iugiter a ministris obsecratae, expeditum ei ad bellum præparabant solatum. Hoc iugiter comitatus incedebat exercitu: in his Christum adspiciens, se amplecti gestibat: atque indumenta tobuebat, sub inopis ueste, Christi se membra tegere credebat. Hoc certe existimabat se perdere, quicquid eleemosyna non absumeret: id se tutissime gudebat recondere, quod dura egenitatem necessitas ipsi auferret. Valde quippe deuotus, in eorum visiblē substantia exaggerabat pondus: ut quo pauperior esset seculo, lo cuperior Deo fieret. Considerabat quidem, quia quotidie deesse non potest, quod peccetur: ideo nec quotidianas debet deesse eleemosynas, quibus peccata tergantur. Et ob hoc cum Domino suo pecuniam diuidens, lætabatur se substantiam suam partiri cum Christo, faciens eum possessionum terrestrium participantem, ut & ipse faceret eum sibi regnum cœlestium cohædem. Illi scilicet assignabat facultates, ut ipse custos esset perpetuus: sciens quod patrimonium Deo creditum nec res publica eripit, nec fiscus inuidit, nec calumnia aliqua forensis enerrit. Sciens etiam scriptum est: quod ea haec ditas bene reconditur, quæ Deo custode seruantur. Eius vero apud suos monitos, non fuerunt aliud quam mysteria diuinorum, fundante scilicet corroborandæ fideli nutrimenta souende animæ, gubernacula dirigendi, tineris, presidia obtinenda salutis. Dignum ergo est, ut eum boni imitentur & diligant, plebs colat, nox jtimeat: quæ ita diuina virtus illustravit, ut etiam in laicis habitu haberetur a Deo collata dona, doctrinamq; mell suam, & Spiritu sancto conditam, de desiderio Christi salitam, de æterna beatitudine semper sollicitam. Quæ sic religiosus extitit ac timens Deum, ut seculi oblitus dignates, omne consortium cum egenis haberet & monachis.

**D E N I Q U E** cum frequenter ad eum monachi quique religiosi confluenter, nec sicut tamen eorum satiabatur **XXI.** alloquo: sed aliquando etiam nimis sanctæ conuersationis ardens desiderio, properabat ad monasteria, maximeq; Lussum, quod erat eo tempore cunctis eminentius atque distictius. Neque enim tam cerebra adhuc erant in Gallicis monasteriis: & scribi essent, non sub regulari quidem disciplina, sed prorsus erant in malitia fermenti veteris secularia. Præter Lussum ergo, quod solum, ut dictum est, distinctionem regulæ soliter tenebat: Solenniacense monasterium in partibus occidentis huius religionis extitit caput. Ex quo demum multi sumperunt & initium & exemplum, adeo ut nunc quoque, propitia diuinitate, innumeris per ornam Franciam & Galliam habeantur sub regulari disciplina, alma virtusque fexus cœnobia. Itaque, ut dicere ceperam, quis valeat enarrare, cum quanta Eligius deuotione, quantaque humilitate prædictum monasterium adiungat, inter fratres incederet: Videres eum cum ianuam ingredieretur monasterij, deinde in terram vultu, depresso luminibus, capite in humeros submissio, toto extenuato corpore, cum magna grauitate inter fratres versari, & etiam singulis monachis se proprio humi prostertere, atque ab omnibus deuotissime benedictiones haurire. Cumque ab eis recederet, pro largi illis data eleemosyna, vilissimam panis tortam, ut vocant, pro benedictione sibi vendicabat: eamque pro magno amplectens munere, diebus singulis quoisque durare incorrupta potuisset, eulogias ex ea veluti sacram communionem, iejunus sumebat.

**H A B E B A T** vero & hanc consuetudinem, ut vbiunque iterageret, si sciret eadem se nocte vel ad monasterium, vel ad qualemcumque ecclesiam, siue etiam ad religiisum quempiam virum posse attingere, nullatenus cibum sumeret, etiam si biduanum vel triduanum iejunum expleret, priusquam ad locum destinatum quanuis defessus pertingeret. Sed & si nosset venerabilem, ad quem pergebat, locum esse, illico ab equo descendens, per tria vel quatuor millia pedestri labore conficiebat iter, donec ad sancta illa posset limina pertingere. Cumque eo ventum esset, priusquam in domum ingredieretur, mittebat pueros fideles, qui omnia late vagantes scrutarentur loca mansionis, & sicubi possent mendicos, egenos vel peregrinos inuenire, omnes, quos reperirent, ad se aut adduci, aut certe deportari iubebat. Quibus ipse occurrens, si morbum videret, medebatur: si putridas habentem carnes, ipse sanarem radebat: ut cum Job dicere valeret: Flebam quondam super eo, qui afflatus erat, & compatiebarum anima mea pauperi. Porro si horrentia consiperet ora, proprio palato perficiens, digito dolorem leniter mulcebat morbidum. Sic nimurum omnia cum cura & diligentia perficiens, iubebat cunctos suos sedere per ordines: & priusquam ipse quicquam sumeret ex cibo, omnibus manu propria & escam præbebat, & merum. Postremo ipse Deo gratias aitians, una cum eis sumebat cibum, sed parcius multo, quam illi. Cum n. illi carnibus vterentur & vino, ipse panem pro cibo, & pauxillum aceti aqua mixta pro potu sumebat. Octo namque vel decem fluxere anni, quibus nunquam vinum hauit. De carnis vero melius tacere puto, quam aliquid dicere: quandoquidem eas post propinquum nec edere, nec cattingere sustinuit. Intra illos autem, quos dixi, annos, non nisi semini eum propter hospites, charitate exigente, ex volariibus parum aliquid gustasse. Porro autem peracta refectione, cum singulorum prius abluisset capita, manus denum abluens, & pedes abstergens deosculabatur. Ad extremum in lectos eos reponens, diligenter ad eorum capita puluillo componebat. Deinde scipsum spolians indumentis, cubitum se collocare simulabat: sed cum omnes alto sopore pressos adueteret, adhibitis secum paucis fidelissimis famulis, si esset in ciuitate, castro, vel vico, omnia orationum loca profunda iam nocte circuibat pene inuisus: & si modis omnibus redire posset ante lucem,

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

7

cem, ad stratum suum deflatus reuertebarat. Quod si ecclesia in loco hospitij non haberetur, completo, ut dictum est, vesperi omni officio, simul bat se in strato quiescere. Mox autem ut eius cubicularij obdormissent, exiliens è lectulo, totum se prosternebat in paumento, ibique omni noctis spatio exacto, cum aurora diei daret initium, item se in lecto ieiunare possebat. Haec autem ita faciebat ob vitandam ostentationem, illi soli cupiens ea perspecta esse & cognita, qui dicit: O a patrem tuum in absconso, & pater tuus, qui videt in absconso, reddet tibi. Sic nimium se comparabat, siveque faciebat Eligius & in it nere, & in propria domo, & hic perpetuus ei mos fuit cunctis diebus vita Matt. 6. sue. Atque his beatas & etibus intentum, intantum diuina prouexit clementia, ut adhuc in laico habitu, Domino largiente miraculis coruscaret.

**XXIII.** **D**ENIQUE quodam tempore, cum anniversaria Parisiis sancti Dionysij martyris celebraretur passio, dum vicia à Clero caneretur in choro, egressus Eligius è templo, ad atrium se conferebat: vidiisque eminus virum cunctis membris contractum, contra sanctum sepulcrum iacere in paumento. A Deo forte inspiratus, accessit ad hominem, blandeque eum compellans, cœpit ab eo inquirere & tempora claudicationis, & causam agritudinis: sumul ex eo sciscitans, num spem haberet in Christo, crederetque se quandoque sanandum, itemque post mortem resurrectum, & vel præmia, vel penas, pro meritorum qualitate, recepturum. Cumque ille eius secutus verba, cuncta hæc se credere fatetur, rursus Eligius: Si ergo hæc, inquit, ut aditruis, credis, quid ita inaniter hic iaces? Rogat potius Præmia & 1. ratione meritorum, hanc sanctum, ut intercedens apud Dominum, reddat te protinus sanum. Dicente autem illo, se ea causa ibi excubare, Eligius eum intuens, Credis, inquit, possit hunc sanctum isthuc tibi apud Deum obtinere? Illo respondentem, se sic credere: rursus ad eum Eligius: Si sic credis, ait, promitte te iam deinceps Deo seruiturum, & vide ne vacillat fit des tua, & absque mora sanabit te Dominus. Illo per omnia fidem dante, fixit Eligius genua in terra, & prolixe oravit. Deinde oculos pariter & palmas ad caelum attollens, Dominum Iesum fide plenus, promissionis loca fideliter admonuit, qui dicit: Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & evenient vobis. Itemque: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Cumque pleno pectori ac fida deuotione Io. 14. 1. depositor, conuersus ad agnum, apprehensa eius dextera, ait: Si inabitanter credis, sicut promis, in nomine Domini Iesu Christi surge, & ita super pedes tuos. Atque hæc dicens, attraxit eum ad se fortiter, & illico nexus atrum resolutis, eleuatus æger stetit, moxque consolidati sunt pedes eius & membra, & sanatus est ex ipsa hora. Comminans autem ei Eligius & contestans, præcepit, ut si nollet rursus talia pati, nullum aliud de redditu ipsi sanitatem verbum ediceret, nisi quod Dominus Iesu per sanctum Dionysium eum sanasset.

**XXIV.** **Q**UODAM iterum tempore, cum præterente Eligio copiosa pauperum turba eminus considereret, accedens ille ad eos, singulisque propinquans, ut solebat, sanctis digitis eleemosynam in singulorum includebat pugnos. Cumque ad quandam ventum esset, qui contractam aridamque habebat, Non hanc, inquit Eligius, sed alteram quantocumque porrige. Illo, ut aridam ostenderet, eam proferte volente, apprehensa ea, Eligius animo cœpit rogare Christum. Cumque brachium hominis palparet à cubito, simul atque extraxit manum, corporis remissi nervis, curuos digitos direxit. Deinde oleo allato manum perungens, quamprimum eam ita solidam sanamque effecit, ut erat altera. Cum autem illi, qui id videbant, etiad adsciberent, ille gratia humilitatis contentus, caute satis occultare tentauit, ita dicens: Ego putavi ideo illum singere, ut à me facilius eleemosynam posset percipere.

**XXV.** **A**LIO tempore cum aliquo iter haberet, obuiam ei venit pauperum turba, eius iam opinione collecta. Quibus eleemosyna, ut solebat, data, voluit insuper sit fatigari ut laborem temperare itineris. Cœpit ergo quæcere ex ministerio, quisnam eorum potum apud se haberet. Illis, ut res erat, minime se habere dicentibus, vnu tandem ait se largiculam, in qua parum sit vini, habere. Quo protinus ilato, vir sanctus benedixit, & ut pauperibus offret, imperavit. Sed quid erat tam exigua mensura, trium fortasse cetylarum, in tantam pauperum turbam? Cum ergo pinceraria pauxillum mitteret in scyphum, mox increpatus ab Eligio, totum scyphum implere iussus est. Puer autem lagenæ exiguitatem obredente, statim ille signum Crucis apponens, Eia, inquit, eia misere crateram plenam: quam laga magna est Domini clemencia. Sic ergo factum est, ut ex ea vini quantitate & vnuersi largissime hauierent potum, & eis tamen exiguitas non deficeret: ita ut in illo vasculo, quod vir sanctus Cruce signauerat, liquor vi-

nion quidam augeretur, sed protinus nasci cederetur.

**XXVI.** **C**VM aliquando Parisiis loca orationum circuitur, veniens ad basilicam sancti Germani confessoris, vidit illuc claudum quandam carruca vectum, querulis se vocibus inclamare. Ad quem accedens, eius valde misertus, manus ei voluit imponere. Sed humilitatis pristinæ recordatus, protinus se ab eo subtraxit, alteri potius quam sibi, fauoris gloriam tribui volens. Præcepit tamen ministris, ut auferentes agrum à carruca, in ecclesiam deportarent, ac iuxta cancellos iam dicti sancti confessoris deponerent. Quod cum factum fuisset, ingressus in basilicam, prolixe oravit, monuitque claudum in fide immotum persistere, donec eum Dominus sanari iuberet. Nec mora: post hæc claudus vociferari cœpit, totoque corpore contempsere. Cumque omnes procul stantes ad spectaculum concurrent, confessim claudus, resolutis neruorum vinculis, liber à paumento surrexit, & ita incolmis ab ecclesia processit. Fuerat is annis nouem claudicationis impedimento adstrictus. Tum vero Eligius extimo corde Christo gratias referens, iter cœptum lætus iam peregit.

**XXVII.** **C**ARPEBAT quandoque iter adhuc in laico habitu cum pueris suis è villa regali, quam Scerpiacum vocant. Cumque peruenisset ad Gamapium vicum, ingrediens ilico basilicam, inuenit quandam pauperem claudum, pro foribus iacentem. Qui viso Eligio, cœpit clamoribus petere eleemosynam ab eo, vel aliquam fibi adhiberi consolacionem. At Eligius tamen forte donum Spiritus sancti, accessit ad eum, dicens: Rogemus Deum pariter, si forte in columem te reddat. Et mox introducens eum in ecclesiam, præcepit enixe orationi insistere. Ipse vero prosternens se in terram, diutissime oravit. Deinde paululum se erigens, cum videret adhuc claudum iacere, rursus orationi incubuit, & lachrymabiliter precem fundens, tam prolixe oravit, tantisque lacrymas effudit, ut iis partem paumenti humectaret, ac veluti riuum decurrentem in terram efficeret. Tandem robatus fide, erexit se, & cum magna fiducia ad agrum accessit, manuque eius apprehensa, dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi filii Dei excelsi, surgat, mox surget, mox que sit sanctus.

**XXVIII.** **Q**UODAM die copiosa pauperum multitudine ad eum confluente, totum pene, quicquid auti habere potest, illis erogauit. Cumque iis discedentibus, alij aduentarent, loculo auti solicite perscrutato atque excusso, nihil penitus reperit, quod eis tribuere posset. Porro à quodam è suis familiaribus auti summa accepta, eam pauperibus Summa auti accipit mutuum, ut det dedit.

Dicitur. Iis abeuntibus, post aliquot horarum spatia ecce superuenient & alij. Tunc Eligius superioris temporis minister recordans, alio forte mente intentus, prorulit, quam prius scrutatus erat, crumenam: & vbi antea nihil repererat, mox ut eam aperuit, aurum in illa conspexit, idque pauperibus quamprimum elargitus est. Atque tum demum prioris factio non sine admiratione reminiscens, nomen largitoris Christi cum ingenii exultatione glorificauit.

Cum aliquando Parisii commoraretur, & ad necessarium quendam locum abire pararet, explorans egeni, qua transiit us esset, cuncti ex more ad pontem sese contulerant. Quo cum Eligius aduenisset, singulisque, ut solebat, singulatim in manus elemosynam in cluderet, peruenit inter ceteros ad quendam cæcum, querulus valde vocibus clamitantes. In cuius manum cum elemosynam imponere veller, subtrahens ille manum, clamabat virtute qua poterat: Domine Eligi, exerce me in pietatem: oculis Crucem imprime: quod magis desidero, præbe. Tum ille valde civiliter dissimulans ac subridens, Tu, inquit, amice, nonne te nosti signare? Nouerat enim vir sanctas iactantiam virtute fugere, in quo tamen non poterat gratia concessa latere. Sed cum ille eadem ingeminans, Crucis signo importune clamitaret, Tu, inquis, domine, tu signa: ille fidem hominis cernens, signum Crucis impressit. Et (ō misericordia Christi) statim signum sanguinis vnde secuta, diu clausa illico reseruit in fronte fenestræ, atque ingrediente die, fecit discedere noctem. Sicque homo gemino munere percepto, adorans Christum, laudans Eligium, discessit.

A 110 tempore Parisii degente illo, mane ad eum tremebundus adiuvolauit custos basilicæ sanctæ Columbae XXX. virginis: prouolutusque pedibus eius, nunciavit, eadem nocte se quiescente, spoliatam omni ornato basilicam. Quod Eligius audiens, tristis admodum effectus, cito tamen ad solita spei præsidia recurrens, clementer refouit custodem. Deinde ad sanctæ Columbae oratorium pergens, oratione præmissa, in hæc protupit verba: Audi, sancta Columba, quæ dico: Nouit meus redemptor, nisi ornamenta huius ædis furto ablata cito reduxeris, me veribus allatis ita hanc ianuam obstrueturum, ut deinceps nunquam tibi in hoc loco veneratio exhiberi possit. Dixit hæc, & recessit. Et ecce sequenti die custos maturius surgens, inuenit vela omnia usque ad minimam pallam, sicut prius fuerant, restituta. Tunc concito cursu quanto pridie tristior, tanto nunc lætior custos ad beatum Eligium properans, ei hæc nunciavit. Atque ille accedens, & omnia, sicut dudum fuerant, suis in locis compostra cernens, martyrem quidem laudauit, sed Christi nomen, sicut & semper, vberius cum hilaritate magnificauit.

INTER cetera autem infinita bonorum suorum operum acta, etiam hoc apud Regem obtinuerat, ut quevis XXXI. humana corpora, quæ vel Regis severitate, vel iudicium censura diuersis ex causis per multimoda argumenta perempta essent, & vicinque inuenire potuisset, siue per ciuitates, siue per villas, licebat posset ex rotis & patibulis deposita sepelire. Delegauit ergo ex comitibus suis vespillones, Gallebodus scilicet atque Vincentium cum illorum collegis, qui huiusmodi cuius insisterent, & vicinque pergerent, siue in proximas vires, siue in longinquas, iugiter secum farcula ferrent, ut sicubi cadaver inueniissent, continuo illud humo tergerent. Igitur cum quodam tempore in comitatu Regis, Austriæ partes petrarent, deuenient ad urbem quandam, quæ Stratoburgus vocatur. Cum que haud procul ab urbe essent, adspicientes eminus, vident hominem, cuius ipso die vita laqueo extorta era, pendere in patibulo. Protinus igitur accedentes, illum deponunt, ut pro consuetudine sepultræ eum tradenter. Sed vir venerabilis sensit forte operandum: dumque sepultura paratur, festine ad corpus appropinquans, cepit illud ab imis usque ad summa palpare. Vbi autem sensit adesse animam, mira arte à se virtutem facti repellens, O quam mortui, & grande, inquit, scelus, nisi Dominus adiuvasset, perpetrare poteramus, si corpus hoc humo texissemus, cum anima tamen difficiens in ipso sit. Hæc dicens, cunctis mirantibus, iussit eum vestimentis indui, & quiescere paululum. Deinde recreato spiritu, virille surrexit è terra, tanquam nullum passus iniuriam aut molestiam. Quod factum cum in urbe illa percepisset, mox adiulantes eius hominis insestatores, importune eum rapere, & denro morti tradere conabantur. Sed Eligius vix è manibus illorum eum eripiens, Regem pro eo deprecatus est, chartamque securitatis ab illo impetravit, cumque defendit. Is non diu post ita se subiit ait ab eius contubernio, Eligio fortassis conscio, ne res gesta amplius in vulgo diffunderetur, ut nunquam deinceps à ministris eius conspectus sit. Sed de his ista sufficiant. Satis autem est, solum Deum non latere, quæ occule vel in seculi habitu, vel in venerabili & Apostolica tonsura gesserit. Veniam nunc ad ea, quæ artificio manuum suarum effecit, eaque quanta possum breuitate perstringam.

Multas sanctorum thecas XXXII.  
sue tumbas: puta Germani Parisiensis Episcopi, Seuerini Abbatis Agaunensis, Piatonis presbyteri & martyris, Quintini, Luciani Bellouacensis Apostoli, Genouefæ, Columbae, Maximiani, Juliani, multorumque aliorum: sed præcipue beati Martini apud Turones, Dagoberto Rege impensis præbente, miro opificio ex auro & gemmis thecam confecit. Sancti quoque Brictius fecit tumbam, itemque aliam, in qua corpus beati Martini ante iacuerat, eleganter compositum. Magnum præterea beneficium eidem ecclesia apud Regem obtinuit. Nam pro reue[n]ta sancti confessoris Martini, Eligio rogante, censum omnem, qui reipublicæ soluebatur, Dagobertus Rex illi ecclesiæ ex toto condonauit, scripto que confirmauit. Atque ab eo tempore omne ius fiscalis census ecclesia sibi vendicatum, ut usque in præsens, in eadem urbe per pontificis literas Comes constituitur. Fabricauit etiam Eligius mausoleum sancti martyris Dionysij in Patiensi ciuitate, & super illud te[ct]um marmoreum mirifico opere auro & gemmis ornatum, itemque crustam & species de fronte magnifice compositum: necnon & axes in circuitu throni altaris auro operuit, & posuit in eis poma aurea atque gemmata. Lectorium quoque & ostia diligenter argento vestiuit. Sed & te[ct]um throni altaris argenteis operuit axibus. Fecit quoque \*repam in loco anterioris tumuli, & altare extensus ad pedes sancti martyris fabricauit: tantumque illuc, suppeditante Rege, suam exercuit industriam, atque ita suum declarauit ingenium & artificium, ut pene singulare sit in Galliis ornamentum, & in magna omnium admiratione usque in hodiernum diem.

H[ab]it[us] operibus mirifice perfectis, atque omnibus circumquaque gentibus sedatis, ferocissimis etiam Vacceis XXXIII.  
gesti. Franci ditioni sue hostili gladio subiectis, mortuus est Rex magnus & inclitus Dagobertus, & sepultus est in eadem lib. 4. ca. 33. sancti Dionysij basilica sub arcu in latere dextero. Cui successit in regno filius eius iuuenulus ætate, nomine Clodoueus. Sub huius regni principio nefanda heresi in partibus Orientis coepit pullulare, Constantius tunc Romanus Imperij apicem gubernante. Ij ergo heresiarchæ nequiter Ecclesiasticam ausi sunt violare regulam, & perigrina quædam à veritate docere ac prædicare, assisterentes Dominum & Salvatorem nostrum Iesum Christum minime habere formam serui, neque eum ex Maria veram assumptam carnem, profani vocibus gartiebant. Quæ res plurimos in Ecclesia Dei perturbabat, & plerosque iam contagium huius pestiferæ assertionis inficerat: nec solum vires, in quibus morabantur, sed & urbem, quæ est caput omnium, Romanum paulatim iam eorum prauitas penetrabat. Erat autem eo tempore Romæ præsul beatissimus Papa Martinus: qui folicite ac viriliter pro hac causa inuigilans, adeoque pugnans, multa probra & aduersa ab hereticis sustinebat. Vnde tandem permotus, cum & Imperatore

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

torem, & plures alios cerneret eorum assertionibus intento satis animo obsecundare, congregauit concilium sacerdotum causa compescendi, immo delendi huius dogmatis prauitatem. In quo concilio, omnibus orthodoxis consentientibus, edidit contra haereticos fidem magnifice valde atque accurate. Quam etiam cum subiuncta Epistola, Galliarum partibus destinauit, mandans & obtestans Regem Francorum, vt, si essent ei viri Catholici eruditii, eos ipsi adminiculum ad haeresim comprimendam facheret destinati. Quo tunc etiam Eligius cum sodali suo libentissime perrexisset, nisi ei res quædam impedimento fuisset.

**LXXXIV.** Sed interim dilatione intercedente, inimicus humani generis acris incitatus, pulsabat fortiter mūrūrum Ecclesie per homines perditos, ac turrim validissimam omni oppugnationis genere infestabat Martinum, perpetuis afflictionibus illum Episcopum ad se infligere cupiens. Sed quamvis impurus spiritus omni nisu pugnaret armatus, attamen resistebat Martinus, Christi gratia & virtute repletus: ac veluti si saxo immobili vndarum fluctus illidantur, ita virili animo dicta respuebat haereticorum garrientium. Iubebant decreta imperialia, vt fidem ederet patribus contraria: sed ille, cui sacra fides venerabilis erat, constanter affirmabat se non posse impia contra Deum proferre verba: consulti fore existimans, temporalem ponere vitam, tantum ut ei conscientia fidei duraret illæsa. Nouimus quandam fratrem, à partibus Orientis venientem, qui ea, quæ refero, se præsente gesta esse testabatur. Itaque cum nullo persuasionis genere Martinus à Catholica abducetur fide, multiplicibus iniuriis affectus, diu que coram populo flagellatus, demum reuinctis post tergum manibus, velut electus aries, cuncta Vibes lamentante, in exilium protruditur, Constantinopolimque perductus, atque ibi in exilium relegatus, sola oratione meruit cœco lumina reddere. Porro exulans & delitescens, post multa tormenta, claram valde & nobilem vitam optimo & venerabili fine conclusit. Simul nunc haereticorum quantum volunt, confundantur & erubescant à se martyrem factum, quamvis eum in pace animam exhalasse clamenter, quamvis non à se interemptum, sed propria fingant morte defactum: quasi non eum pœna consumperit, in quo pena consumpta est. Qui si in præsenti nunc adessent, Martini Pa- pa virtus & constantia. Deportatur in exilium. Oratione cœcum illuz- minari.

hic à me pro martyre verba audirent: Etsi imminentे carnificis gladio mortuus non fuit, in confessione tamen Catholice fidei in exilium relegatus, post continuam & indefessam professionem, gloriosum mortis exitum meruit, sicque ad Deum suum redeuntem cœlestis aula martyrem suscepit. Neque enim virtus eius aut honor minor est, quo minus beatis martyribus aggregetur: quia quantum in ipso fuit, æquanimiter tolerauit, quicquid ei aduersitatis oblatum est. Nam sicut quidam testatur, non est inferior gloria, sed potius excellentior, sustinere martyrum pro eo, ne scindatur Ecclesia fallaciis haereticorum, quam est illa, ne immoletur idolis impulsu paganorum. In paganorum namque pœfitione, vññquisq; tantum pro sua anima, in haereticorum vero, pro vniuersali patitur Ecclesia. Et idcirco poti- rem eum dixerim, quia proculdubio excellenter magisque eximius comprobatur. Hæc pauca de tanti viri memoria, Eligij vita sibi inserta habeat: loquantur ea, vbiunque Eligij vita legetur per secula, quantum Martinus fidei dogmate claruerit. Que quidem nos dilectionis gratia haetenus narrasse sufficiat, vt tam eximij viri memoria, quivtique collegis meis in viba Romana multa impendit bona, quamvis in Oriente frequentetur, non vñque qua- que in Occidente obliuione tradatur.

**LXXXV.** Pe idem fere tempus, quo apud urbem Romanam hæc gesta sunt, quidam haereticus pulsus à partibus transmarinis, in Gallias venit: moxque se conferens ad ciuitatem, quæ olim Hedua, nunc autem Augustodunum vocatur, cœpit tam caute, quam fraudulenter sua nefanda dogmata prodere. Quod cum in palatio ad aures Eligij peruenisset, cœpit vigilanter (vbi semper in eiusmodi rebus sollicitus erat) cum Audeno & ceteris Catholicis viris tra- stare, quemadmodum hanc pestem palam omnibus manifestatam detergerent. Nec destitit Episcopos commonere & optimates, quousque iuslū principis sacerdotiale concilium apud urbem Aurelianensem congregaretur. Vbi eo, quem diximus, haeretico in medium dœctō, conabantur eum docti quique diuersis modis inrepellare, sed nullo poterant generi concludere. Tanta quippe diœundi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur constrictus teneri, ibi ceu arguis lubricus quibusdam foraminibus dilapsus, eorum se fronti opponerer. Cumque nullo genere à quodam posset concludi aut superari, exitit quidam ex nostris pro Dei prouidentia doctissimus Episcopus, nomine Saluius, qui ita ei in omnibus obviavit, vt ingens ea causa nostris fieret gaudium & expectatio. Omnes enim eius versutias & artes, quas ille nun coculere, nunc etiam dissimulare conabatur, frequenti disputa- tione palam funditus detexit. Sicque aduersus eum omnibus Episcopum sententia prolatā, & per singulas ciuitates, super eius nomine decretis constitutis, cum ea, qua par erat, ignominia & dedecore è finibus Galliae elimina- tus est.

**LXXXVI.** Sed & aliud nihilominus apostamatum cum compresisset Eligius euertere plebem Parisis, multa affectum i- gnominia exterminauit ab urbe. Itemque alium, qui Episcopum le simulans, circuibat villas & plateas, decipiendo populū, diu carceri manipulatum, eiecit à finibus regni Francorum. Necnon alios atque alios, diuersis artibus populum subuententes, grandi est semper autoritate persecutus. Valde enim oderat omnia haereticorum & schismatistarum, cunctorumque Catholicam doctrinam non afferentium signa, iugique instantia eorum infestabatur velaniam. Erat enim eloquentia affluentissimus, & in studio scripturarum subtilissimus: cumque ipse sufficieret esse instrutus, populū, quo cunque pergeret, Euangelicis cohortationibus docebat in fide Christi constantissime perfistere, atque ab haereticorum contagio solerti cura sibi cauere.

**XXX.** Sed inter cetera, semper fœminarum, viduarum & pupillorum consolator fuit, viduamq; illam Sareptanam <sup>j. Reg. 17.</sup> imitans, ipse plerunque esuriens, facultates in Christi vîcerâ erogabat. Si infirmum vidisset, clementer confortabatur: si quæpiam in Dei amore feruentem, cohortabatur ad studium. Si quis æger ad eum accessisset, ita eius fou- batur ministerio, vt nec delicias vrbium, nec matris desideraret affectum. Denique intantum erga debiles ex deuo- manissime fuit. Atque ita ob Christi amorem eorum assidue gerebat curam, vt pauperes omnes eum patris loco se habere lætarentur. Sciebat enim, quid Lazarus quandoque diues purpuratus non præstiterit, & qua retributione superba illius mens damnata sit. Idcirco magis ac magis erga omnes misericordem se exhibens, benigne miseriis in giter succurrebat. Quo enim dolente etiam ipse non doluit: vel quo pereunte non ingemuit? Quem nudum eius vestimenta non texerunt? Quod vero cœnobiuia non eius largitate sustentatum est? Denique pro spæ æternæ vita quas ille non pertulit angustias, puta famem, si- tim, vigilias? Porro in tali proposito perseverans, præbuit se in futurum vas electionis & vrile Deo, ad omne opus bonum paratum.

**VIII.** Cum sic autem totum se Dei seruitio mansipasset, bona principum iussa præclare exequebatur: contraria vero præclarior contemnebat. Multaque libertate arguebat eos, iisdemque humiliter obediebat: subiectus Regibus, erga priu- Christo deuotus. Sic autem se exercebat, ac si temper inciperet: ita se præparabat, tanquam quotidie moriturus. Itaque repugnante carnem inedia subiugabat, & vtricis gehennæ fœna tortuosa præueniens, ipse sibi persecutor & tortor exitit. Et si quidem sors temporis ita tulisset, cupiebat martyris pro nomine Conditoris fieri. Sed quamvis eum gladiis persecutoris non confudit, libens ipse sibi quotidianum martyrium indixit: fuitque ei famis pro vngu- la, fuit pro flamma, mundi calamitates pro bestiis, abstinentia pro craticula. Atque sub quadam martyrij specie, ceu satena

Synodus  
Læterianæ  
sub Marti-  
no Papa an-  
no 649. Hu-  
ius Synodi  
meminete

Acta S. Au-  
doenii 24.  
Aug. cap. 8.  
vide Baron.  
an. vbi supr.  
Sodalē Eli-  
giij, dicit au-  
thor scipsū.  
Baron. ann.  
650.

Martini Pa-  
pa virtus &  
constantia.  
Deportatur  
in exilium.  
Oratione  
cœcum illuz-  
minari.

Martyrium  
pro Ec. lessi  
vnitate.

Plerisque  
haereticos S.  
Eligius per-  
sequitur.

August. c. 9.  
Hæreticus  
quidam Au-  
gustoduni  
ziza.  
Synodus  
Aurelianæ.

Lue. 16.

*Psal. 14.*  
*Psal. 41.*  
*Cant. 1.*  
*1. Tim. 2.*  
*Iudem.*

catena rigentis ferrari, sic duralege constrictus, semet ipsum sibi abnegauit, ut Christum sequi posset: illum semper diligens, illum desiderans, illum ingenti audiatur sitiens, qui pro amore hominum homo factus est: ut nos ad calum traheret, de sua patris in terram descendat: eique omnia labore suum, omnemque dilectionem impendens, bonam terram sicut disiug' cultu & indeſicientibus exercitus excolebat. Et perinde ut esuriens quispiam aut sitiens, sic ille magno quodam ardens desiderio, illud Psalmista voce flebili crebro repetebat: Quis dabit mihi penas sicut columbe, & volbo, & requiescam? Itemque illud: Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Atque etiam illud Salomonis: Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. Porro se etabatur in omnibus manuſtudinem, fidem & charitatem perficitam, quae spiritualis adificationis vinculum est. Studebat se vas sanctificatum exhibere, ut habitorem Deum in mentis sua hospitio posset recipere. Salutibus erat a cibis perpetuo occupatus, ut quotiescumque tentator accederet, quotiescumque hostis callidus aditum quereret, clausum semper aduersum se pectoris ostium inueniret. Orabat f. equenter, secundum Apostolum, pro omnibus hominibus, pro regibus & iis, qui in sublimitate constituti erant, ut quietam & tranquillam vitam agerent in omni pietate & charitate, sciens, secundum eundem ipsum Apostolum, hoc bonum & acceptum esse coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

*Tacob. 1.*

Quid vero pluribus commemorandis immoror? In omni conuersatione sua quasi Lucifer inter astra refulgens, in ſtar magna lampadis micabat. Semper perfectos amulabatur ad bonum: semper aliorum virtutes sibi proponebat ad imitandum. Tardus erat ad loquendum, secundum Apostolum, & velox ad audiendum. Sermone subtilis, humilitate sublimis erat, eleemosynis diues, charitate longanimes, vigil in ieiuniis, eloquo promptus, studio flagrans, vtile vas in Christi magna domo, ad misericordia officia impiger, ad orationem paratus, ad tribendum largissimus, studiosus manuſtudinis, paupertate valde gaudens, bonitatis tenax, puritatem cordis semper amplectens, animum suum Ecclesiasticae regulæ adeo tradens informandum, ut tametsi adhuc laicus esset, Episcopi iam gratiam abunde adeptus videretur: ita denique seipsum priuata disciplina ne cum tonsus exercens, ut iam praecellarum de specimine præberet, quam esset quandoque in Christi templo sacerdos irreprehensibilis futurus. O laicum perfectum, cuius imitatores esse etiam Episcopi desiderabant. O mentem ab omnibus praedicandam, cui non fuit aliud vivere, nisi Christum cum dilectione timere, & cum timore diligere. O vere felicem feculi inimicum, cui mundus tantope & fuit crucifixus, & ipse mundo: qui ita sapientia fuit peruigil, lenitate placabilis, ut & serpentinis astutis cum discretione obtineret, & columba simplicem animum non amitteret. Cuius quidem in mente, virtutum omnium decorum obtinente, collocaui valde sobrium sapientia domicilium. Vere dignissimum, in quo Dominus habitat, templum, ieiuniis mundatum, orationibus ornatum, puritate conspicuum, vigiliis exercitatum, tum nomine, tum meritis electum. Denique dum ille nominis sui dignitatem tuerit, sic se quotidie exigit, ut nequeat amittre, quod vocatur, in Christo Iesu Domino nostro.

*Authoris excusat q. non omnia eius scripta. promittit, prout in libro secundum.*

*Virtutes, dicit mitacula.*

Sed longum nimis est, virtutum eius insignia singillatim commemorare, praesertim cum liber iam modum XL. excesserit, fine moque postulans, plura non admittat: & arditus quaque sermonis nostri attenuata, & veluti longo tramite pene defessa succumbat: non quod omnia, quae de Eligio narranda erant, expleuerit: quippe quae nec ad centesimam eorum, ut ita dixerim, attingere potuit, honorum & ornamentorum partem, quae in eum supernæ remunerationis prærogativa contulit: sed quod tanquam emensis quidam in sublimi scopulus, magna iam ex parte transmissus, ipsa sua arduitate & longitudine fronte se narrantis opponat. Nunc ergo interim illa solummodo, quae in laico habitu gessit, praesentil bello percurgere voluimus: cui etiam finem iam libenter imponimus, ne eius prolixitate audientibus fatidum ingranus. Ceterum ea, quae adhuc restant, quaque in Episcopatu gessit, quove ordine de hoc seculo migravit, qualisque etiam post obitum virtutes operatus sit, si vita comes fuerit, & facultatem Dominus tribuerit, incessibus eius sanctitatis adiuti, alio libello explere desideramus. Confidimus enim, non nostris, sed ipsis meritis opus ceptum feliciter atque fideliter ad finem usque perducere, si ipse dignetur pro nobis Christum Dominum interpellare in celis, qui eius munere meruit tanta mirabilia operari in terris: per eandem Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in secula seculorum, Amen.

## LIBER SECUNDVS.

### PRÆFATIO AVTORIS.

*Authoris ingens amor erga virtutem sanctissimum.*

*Luc. 14.*

**D**O MINO propriante, vitam beati Eligij confessoris pridem aliqua ex parte ordiri ceperam, & penitentem ac laſſabundus, medio in tranſitem stylum retrahens, opus imperfectionum reliqueram. Nunc paululum viribus recreatis, vrgente voto, corde iucundo, calamoque venusto opus inchoatum prosequi tentabo. Etsi autem arduum est iter & profundum, tamen libere fateor, quo non possum pedibus pertingere, ardentissimo ducor amore. Ibo ergo votis, quo non possum verbis accedere. Indignum enim profecto reor, tanti ac talis viri vitam ad posteritatis memoriam pro viribus ingenij non ad plenum literarum monumentis commendare, cum ego sic opiner, ex narratione rerum ab eo gestarum adificationis plurimum ad lectores peruenturum. Sed quoniam talia ac tanta sunt facta illius, ut magnitudo quidem bonorum nihil me praeterire patiat, multitudine vero gestorum, quam plurima cogat omittere, in incerto cestuar animus, dum delibera-re non valet, quid retineat, quidve omittat. Nam si cuncta velim annotare, & dies me narrantem deficiet, & modum excedam voluminis. Porro autem si pauca commoorem, vereor ne me hypocrita irrident, dicantque, Hic homo copit adificare, & non potuit consummare: magis etiam offendam Antistitis pertimesco, si, dum seriem condet nitor, arctatus eloquij siccitate, potius ei iniuriam videar interrogasse, quam vitam exposuisse. His igit ex parte trutinatis, atticulum iam membranis infigam, & quae primus huius operis liber tanquam redundans reiecit, hic modo sequens eum nimium sitiens proficeretur: fatigique sit, priori libro ea tantum concipuisse, quae in habitu seculari gessit. Nunc vero ad ea accessimus, quae ab eo sunt in Episcopatu perpetrata.

*Simoniacæ hæretis. Brunechildis infelicitissima regina.*

E LIGIVS itaque iam ante in palatio militauerat sub habitu seculari, aeterno omnium principi Christo, id que in temporibus Clotarij mansueti Francorum Regis, & Dagoberti indyci principis, eiusque filij Clodouei, atque usque ad initium regnum junioris Clotarij mansit in corpore. Sed illis diebus immaniter Simoniacæ hæretis pullulabat in viribus, & cunctis finibus regni Francorum, maximeque a temporibus Brunechildis infelicitissima Regine, usque ad tempora Dagoberti Regis violabat hoc contagium fidem Catholicam. Solliciti tamen contra hoc iniquiabant sancti viri Eligius & Audoeus: & communis cum ceteris Catholicis viris habito consilio, suggesterunt principi & optimatibus eius, ut hoc mortiferum virus cito extirparetur a corpore Christi, quae est vniuersalis Ecclesia. Habuit ita que

iaque esse etum eorum pia petitio, & libenter obtinuerunt, quod deuote rogauerunt. Tunc ergo placuit omnibus, uno in Spiritu sancto accepero consilio, simil cum Regis imperio, ut nullus precio datus, ad sacerdotale officium admitteretur: neque eos, qui ut lupi rapaces dando munera, mercanda censebant dona Spiritus sancti: sed illos potius, qui essent boni testimonij viri, & irreprehensibilis vita, ad pontificatus ministerium eligere.

**P.** EX INDE igitur relegerunt ob meritum sanctitatis ad sacerdotale officium cum sanctis bonis operibus praeditum sanctam Eligium, iam lumine Spiritus sancti irradiatum, ut praeficeret Ecclesiae Noviomensi. Decesserat enim anno Acharius, eius viris antistes. Elegerunt autem cum eo & Andouenum sodalem eius, qui vocabatur Dado, ut praeficeret Ecclesiae Rothomagensi. Hoc ergo modo auctoritate inuitum detonsum, constituerunt custodem urbium seu municipiorum, quorum haec sunt vocabula, Veromanduensis scilicet, quae est metropolis urbis: Tornacensis, quae quondam regalis fuit ciuitas: Noviomensis & Flandrensis, Gandensis atque \*Cortiacensis. Ob hoc autem vel maxime cum his locis dederunt pastorem, quod eius regionis incolae magna adhuc ex parte gentilitatis errore detinerentur, vanisque superstitionibus satis dediti essent, & tanquam agrestes feræ nullius salutarem sermonem admitterent. Itaque vir beatus, cum se nullo modo ab imposto munere excutere posset, ne in illo à Catholica regula deviate videretur, non se permisit prius sacerdotem consecrari, quam sub clericatus normula, aliqua temporis curricula exegisset. Eo igitur tempore transacto, & Andoeno apertibus Transigeritanis reuerso, iamque eo presbytero à domino Deodato \*Matasenensis urbis Episcopo ordinato, inito consilio, pariter sub vnius diei articulo Apostolicam for\* Mati benedictionem gratuito meruerunt ex tempore, quo apud Gallias à cuncto populo Rogationes celebrantur. Conuenientes igitur iussum in ciuitate Rothomagensi quartodecimo die mensis tertij, anno tertio Clodovei, iuuencti Dies Rogationis adhuc Regis, die Dominico ante Litanias, inter cateras populi, inter agmina clericorum, inter choros psallentium consecrati sumus gratia ab Episcopis pariter Episcopi, ego Rothomago, ille vero Noviomodo. Atque ita Episcopatu suscepimus, ad sedem suam reueans, qualem se deinceps, quantumque præstiteit, quis digne valeat explicare: aut quis tanta verborum copia instruatus existat, vel quæ oratio tantæ affluentia libertate redunderet, quæ recte facta eiusita, ut pro est, prosequi possit? Item ipse semper robustus, ad virtutis instantiam se \*exerens, constantissime in cœproposito proprie peruerabat. Eadem in corde humilitas, eadem in vultu grauitas erat. Eadem erga pauperes cura, ea- deni, quæ prius, sollicitudo cernebatur. Eadem dilectione fraterna, eadem mentis constantia ei permanebat: nisi quod Episcopalis dignitas, quæ alii pompa fomentum subministrare solet, ei maius abiectio studium attulit: & unde ali ad tempus videntur extolli, inde amplius ille humiliari studuit. Erat Christo semper subiectus, deuotione armatus, doct. ina præcipuis, Episcopatus dignus, humilis in honore recusando, subditus in suscipiendo, exul spontaneus, fide plenissimus, obediens Dei præceptis, credens eius promissis, peregre locuples, industria solers, in opere docilis, sp longanimes, in colloquio sapiens, prudens in consilio, in corrugendis virtutis vehemens, diligendo ardens, patiens in aduersis, fortis in periculis, in disciplinis mansuetus, in eleemosynis largus, in studiis assiduus, metu mortis sollicitus, in timore Dei eximius, in religione magnificus, in exequis deuotus, misericordia illustris, in disciplina strenuus, excellenti ingenio prædictus, iustitia insignis, severitate terribilis, promptus ad humanitatem & clementiam, ad ignoscendum paratus, humilitate summus, hospitalitate præcipuis, nutritor gregis piissimus, pastor Ecclesiæ prouidus, dispensator fidelis, moderator insignis, delicta propria cauens, aliena ut sua lugens, plebi salutaria monita adhibens, eamque Christi præcepta docens, proteruos non armis, sed patientia vincens, superbos Christi Hugo suauissimo subdens. Semper in obsequiis pauperum, in adhibenda erga peregrinos diligentia infaigibili- ter perdurat, illaque adeo officio inferviebat, vt nisi quis fundaram in Christo haberet mentem, proculdubio militare sci- ignominiosum putaret talia vel aequalibus exhibere, qualia ille perperum luridis, infirmis & despicibilibus presta- bat. Denique omni Episcopali pompa posthabita, populi neglecto agmine, clericorum postposita frequentia, fa- mulantium relictis obsequiis, pauperam semper & captiavorum confuetudine & familiarite deletabatur. Itaque habebat certum quandam, eumque secretum locum, in quem certis quibusque diebus egenos ac debiles intromittens: ipse ut antea confueverat, famulorum more fatagens, deuote eis inferviebat, squalientia lauans capita, concretam deformemque casarium propria manu radens, potum ac cibum singulis præbens. Deinde collaro cuilibet munere, & nudis etiam vestitis, humaniter eos dimittebat: illisque ab una parte exentibus, alios, si adf- sent, ex altera parte intromitti iubebat: illisque eodem modo seruiens, illos humanissime refouebat. Non nunquam etiamli turbu plurima confluenter, similiter omnibus faciebat. Attamen singulis diebus certo, id est, duodenario, numero comprehenso reficiebat, ipse plerunque cum eis hora congrua ad unam mensam pariter conuiuans, ita tam- men, ut prius singulorum manibus aquam funderet, vinumque & panes suis manibus præberet. Sed quid his nar- rands diutius immoror? Equidem fateor, nunquam me sic vidisse cuiusquam studia feruere: nusquam ego in Galliis eiusmodi opera sic à quoquam actitari audii. Potest quilibet Dei opus arripere, sed aur vix, aut difficile perpetuo retinere. Hic vero quod semel proposuit, perpetuo retinuit: quod Deo primum vout, nullis mundi nego- cis impediti passus est: quod initio attrivit, ad finem vñque perduxit.

**III.** PORRO autem pastoris cura sollicitus, lustrabat urbes & municipia, circumquaque sibi commissa. Sed Flan- dres atque Andouenses, Frisones quoque & \* Suevi, & Barbari quique, circa maris litora degentes, quos ve- \* suedi. lut in extremis remotos, nullus adhuc predicationis vomere exatarat, principio cum hostili animo & auera mente excepterunt. Postmodum vero, cum paulatim per gratiam Christi eis verbum Dei insinuare coepisset, pars maxima trucis ac barbari populi, celiaci idolis, conuerteret ad verum Deum, & Christo subiecta. Sicque denum factum est, Multos in & vt quasi cælitus lumen ostensum, aut radius quidam solis erumpens, totam regionis illius barbariem illustraret. Nam & illi, qui cum primo cen ferocissimæ bestiæ discerpere cupierant, postea attendentes eius bonitatem & mansuetu- dinem, imitatores eius fieri cupiebant. Quis enim ita est obstinatus, qui eius modestiam inueniens, non confessim admirare obstupeceret: aut quis tam arrogans, qui sobriam eius vitam considerans, non illico ad iustitiam sele conuerteret: Crescebat nimurum in eo quotidie opinio, virtutis pedissequa. Seminabat in plebem verba veritatis, fructu fidei redundatia, sufficienti sale condita, & velut aromaticis vnguentis infusa. Nec erat contenta eius fama circumiectas duxatax illustrare Gallias: sed exteras etiam prouincias complebat, meritorum eius gratia præcurren- te. Inter barbarorum enim fremitus, quasi egregius signifer, corporis formidine nudus, sed fidei feruote vestitus, se- Nihil timet feringebat, Christi charitate securus: aduersantesque sibi fortiter superabat, non lorica corporea amictus, sed fi- mortem. dei virtute induitus. O quoties ob veritatis assertionem, \*paratam habuit mortem: fecissetque satis votis, si fors tulisti- \* id est, pa- set tempori. Sed licet ei ratio temporis non portuerit præstatre martyrium, gloriam tamen martyris non amisit: quan- ratus fuit doquidem pro spe eternitatis iugiter laborauit. Quod si ei Neronianis aut Decianis temporibus in illa, quæ tunc ex- tit, congesione pugnare licuisset, securus dixerim, sponte sua ecclœum ascendisset, & vltro se pro Christo ignibus intulisset, libenque palmam sanguinis occupasset. Sed quanquam ista non pertulit, impleuit tamen etiam fine cruci- te martyrium, dum fortitudine roboratus, in vigiliis sedulius, in ieiuniis assiduus, fidem seruando, cursum consum- mando,

2. Tim. 4.

mando, repositam sibi à Christo iustitia coronam, quotidie reddendam expectauit. Tamquam speculator à Domino constitutus, prædicabat verbum cum multa autoritate; instabat secundum Apostolum, opportune, impotune, arguens, obsecrans, incitans in omni patientia & doctrina: si auerteremper de his, que Dei sunt, vel populum insituens & alloquens, vel cum fratribus & familiaribus conferens; in doctrina sua perpetuum Apostolicam retinens autoritatem: eaque f' etus, inter gentiles sita versatus est, ut & ferociissimæ gentis paratos haberet animos, & copiosum exercitum ex iis ad Christifidem traduceret, & fidei Catholicæ intemerata consorita custodiret.

Erga peccatis suos  
vitæ gemitus  
Summatim  
recentur  
virtutes eius.

Optimi do-  
ctoris ex-  
emplum.

Math. 7.  
Sap. 6.  
Ibidem.

Cedit mo-  
nasterium  
virginum.

Hoc eadem  
S. Quintini  
et alii  
habent se-  
re ad verbū  
victim O-  
stobis.  
Maurini cu-  
iusdam ar-  
rogantia &  
temeritas.  
Dignitus  
panitur.

for \* cogi-  
tatio.

O' serua  
sancti viri  
constantia  
in inuen-  
tione cor-  
pore S.  
Quintini.  
Daa. 3.

Anno 657.  
Inuenit  
corpus S.  
Quintini.  
Meyers li-  
1. anal.  
Fland.

S A N B si quem vidisset peccatis non oxiis vñneratum, & lagitis dñaboli confixum, mox adhibebat dignas ser- IV. monum curationes, & verbi Dei salutaria medicamenta: ostendens contra vulnera tentatoris, salubre mal' agna confessio[n]is. Si qui inter suos essent incompositis moribus & recta atque honesta viuendi regula de se ceterent, eos & arguebat clementer, & tolerabat patienter. Erat vero mira in cunctis operibus discretio, & imitanda erga omnes dilectio. Erat Eligius opere castus, fidei Catholicæ, charitate diffusus, in temptationibus cautus, in fide firmissimus, in bonis operibus promptus, sermone verissimus, consilio prouidus, bonitate conspicuus, charitate præclarus, Deo sedule seruens, errantes corrigens, correctos fouens, obstinatos spernens, humiles semper diligens. Exuberabat in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceras pacis, amor charitatis. Ad æternam capessendam vitam filios suos, quos doctrina sua in Christo generaverat, perpetim incitabat. Quos autem sermone erudit, talis & vita: & qualis vita, talis quoque sermo. Summa bonitate regebat subditos, summa severitate seipsum damnabat. Non erat terribilis erga subiectos, sed valde severus in vita & piacula. In se censurans seruabat, erga alios præ se iustitiam ferebat. Rigore uteretur in iustitiae discussione: misericordia, in iustitiae definitione. Ipsam autem distinctionis censuram semper temperabat misericordia, sciens scriptum, quia in eo quod quis iudicatur, iudicandus sit, & quod potentes potenter tormenta patientur, & quod iudicium fieri durissimum in his, qui presenti. Hæc ergo sedula mente pertractans, in omnianctione discretionem tenuit, nec in villo penitus immoderate legebat: sed omnia diligenter dispiens atque distinguis, & in disciplina, & in misericordia modum semper atque temperamentum seruavit.

EXTR V X I T quoque in oppido Nouiomensi ancillarum Christi monasterium, cui magnam congregacionem, & vitæ severam institutionem adiubuit. Terè quoque redditus sufficienter delegauit, & omnia, quæ essent illi necessaria, solerteratis cura prouidit. Sed & alia multa monasteria, partim eius opere, partim in institutione à discipulis eius constracta, hodie intra Gallias nota sunt. Multi enim ex discipulis eius ecclesias condiderunt, multi monasteria sublubriter rexerunt: non pauci etiam ad Episcopale regnum sublimari, Ecclesiis præfuerunt.

H V I C viro sanctissimo inter cetera virtutum suarum miracula id etiam à Domino concessum fuit, vt sancto VI. S. Quintini ram martyrum corpora, qua per tota secula haec tenus à populo ignorabantur, eo ingenti fidei ardore inuestigante, reperta sunt. Nonnulla enī plebs antea verberabatur iis in locis, in quibus non erat & tamen quo loco humata essent, proslus incomptum habebatur. Ex eo autem tempore, quo Eligius pontifex consecratus, & pastor datus est, quædam ab illo inuenta, & populo declarata sunt. E quibus primum ac summum martyrem sanctum Quintinum, in principio Episcopatus sui grandia instantia quæsumus, iam olim latente, in lucem produxit. Denique priusquam Eligius illi loco datus esset Episcopus, vir quidam in probus, Maurinus nomine, habitu quadam, vt populis videbatur, religiosus, cantor etiam in Regis palatio celebris, atque ex hoc, vt rei docuit exitus, mente tumidus, corde protritus atque actione dissipatus. Qui audacia tuae presumptionis deceptus, cœpit verbis extollere & iactitare, à se martyris Quintini corpus & inquiri posse, & inueniri. Sed vt & eius proteruiam illico, & Eligij demum merita Dominus declararet, mox vt terram sarculo fodere cœpit, manubrium fossori manibus eius inhalit. Sieque miser opus presumptum relinques, sequenti die in manibus eius vermis ebulientibus, miserabiliter expiravit. Ex quo factus tantus timor extitit in populo, vt nullus deinceps, quamvis probabilis vita, præter Eligium huiusmodi negotium auderet apparet. Eligius ergo cura pastorali suscepit, statim in exordio sua ordinatio cœpit assiduus esse in loco illo. Est enim hand procubal urbe Veromandensi, in eo scilicet loco, ubi quondam martyr ex fluo eleuator ab Eusebia, in monte fuerat tumulatus. Eligius itaque diuino nutu instigatus, voluebat in animo, sed & libere proclamabat in populo, non illici haberi corpus, quo in loco illud venerabantur homines, sed esse potius in parte veteriori. Cumque diu huiusmodi conditio mentem eius stimularet, cœpit tandem sagaci inquisitione per basilicæ pavimentum huc illucque tentare, sicubi sacrum tumulum posset deprehendere. Sed cum nullatenus indicium tumuli reperiaret, cœpit à fratribus destitui, prosequenter cum timore interitum illius, qui dudum huiusmodi inuestigationem superba mente concipiens, lugubri morti vitam finisset. Necnon & antiquitatem corporis, longinquitate iam temporis consumpti, atque ad nihilum in puluorem redacti obiicientes, conabantur eum à corpore menis proposito reuocare. Cumque ei eiusmodi impedimenta à fratribus obiicerentur, altius ille ingemiscens, aiebat: Nolite fratres, quæso, nolite impediere devotionem meam. Nam ego credo in creatorem meum, quod tanto thesau-ro, tantumque mihi desiderato, haudquam me f'audabit. Tunc ergo attentius persistens, suscepit triduanum ieiunium, atque eniux Christi Domini diuinitatem cum lacrymis exorsus, votum non se prius quicquam alimonie sumptum, quam merei eti' voto potius suo. Tanta namque erat ei fides, tantaque constantia, vt plerumque facienda preueniret, tanquam iam facta crederet, & nonnunquam ita cum Deo, quemadmodum cum terreno suo loqueretur domino: quodque ipse proposuisset, id à Deo complectiri credere indubitanter. Vnde etiam multis eum dehortantibus, dicebat: Tu Domine Iesu, qui omnia nosti, priusquam fiant, tu scis, quod nisi manifestum mihi ostenderis corpus huius testis tui, qui propter nomen sanctum tuum passus est, quanquam sum indignus, nunquam tamen deinceps plebis huius Episcopatum geram: sed exul porius ab hac prouincia procul secedam, ubi, vt dignum est, inter beatas moriar. Quid multa? In corpore opere perfidens, cum adiutores eius per diuersa ecclesie loca tentando discurrerent, nullamque inueniendi spem caperent, leniter ille omnes compescens, vnum eis locum, de quo nulla esse suspicio poterat, in posteriori ecclesia parte effo die nudum designat. Tunc omnium labore eo conseruo, libenter iussis conceti obtemperant. Defossa que iam in altum ad pedes decem vel eo amplius terra, iterum spe inueniendi corporis destituntur. Et cum tertia iam nox media fluxisset, arrepto Eligius sarculo, reiecitque amphibalo, cœpit tortis viribus cum cereis & lampadibus terram sanctam fodere manibus. Cumque paululum ima fossa declinans, in latus cavernæ humum fodere cœpisset, mox repetit tumbam sane veterinam, tegenteem corpus sacram. Tum vero gaudio magno repletus, cum sarculo, quod manu gestabat, audiissimi latus ferisset sepulcri, confessum forataumba, tanta odoris fragrantia cum immenso lumine ex eo manauit, vt etiam ipse sanctus Eligius fulgore luminis, odoreque inenarrabili perculsus, vix sustinere posset. Nam & globus splendoris, qui ex tumulo ad cunctum ferientis processit, tantam vim sparsit claritatem suæ, vt cunctorum adstantium obtutibus oculorum retusis, partem maximam regionis illius in dici claritatem mutaret. Vnde omnes, quos eadem hora vigilare contigerat, qui: recausam ignorabant, magnum quoddam cælitus datum signum existimabant. Erat enim transacta media nox, & nox quidem obscura valde & calignosa: sed procedente fulgore, quasi lux diei ad tempus resplenduit, & in tem-

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

13

pore, claritas recessit. Tunc ergo sacrum inuentum corpus Eligius cum gaudio lachrymans exosculatur, ac de profunda tellure eodem eleuato, reliquias sibi, vnde cunq; concipiuit, segregauit. Dentes etiam pro languentium medela ex mammilla sancta abstulit, atque ex radice dentis gutta sanguinis exiuit. Clavos quoque mire magnitudinis, quos tempore passionis eius persecutores corpori i infixerant, ex cerebro ceterisque artibus abstractos, sibi pro reliquiis sequestrauit. Capillos etiam pulcherrimos in reliquias separatos delegauit. Deinde holoxerico preciosissimo obuolutum compositumq; honestissime corpus summa cum diligentia retro altare transposuit. Tumbam denique ex auro argentoque & gemmis miro opere desuper fabricauit: ecclesiam quoque, quae exigua conuentibus populi videbatur, eximio opificio ampliatam decorauit. Ipse demum ex reliquiis, quas a sancto corpore sequestrauerat, multa loca condidit, multimodamque medelam diuersis aegritudinum \* incommodeas eisdem impertiendo pra- \* morbis.

VII. Post hæc simili modo grandi labore atque instantia inuenit in territorio Medenateni, vice Siclinio, sanctum martyrem Piatonem. Cui similiter clavos oblongos ex corpore ablatos, populis in argumentum monstrauit. Inuenit S. Piatonis corpus.

Corpus denique, sicut martyra decuit, accurate composuit, atque Mausoleum desuper eleganter fabricauit. In

Suezionum quoque ciuitate sanctos martyres & germanos Crispinum & Crispianum, ex quadam crypta prolatos, mirifice composuit, eorumq; memoriam insigni ornamento decorauit. Necnon & in Bellouacensi municipio

beatum martyrem Lucianum, collegam quondam S. Quintini, inuentum similiter compoluit & fabricauit. Sed item S. Lu-

& aliis permultis Sanctorum memoriis impedit diligentiam, quæ nunc non sufficit narrantis explicare lin-

gua.

VIII. M V L T V M præterea in Flandris laborauit, iugi instantia \* Andouerpis decertauit, multis erroribus impli- \* al. Ant-  
catos Sueuos conuerit, fana aliquot profana, Christi clypeo protectus, Apostolica autoritate destruxit: idolola- uerpia.  
triam quoque diuersi generis vbiunque comperit, funditus euertit. Inter hæc autem cum sobriam temporis religio-  
sis virtibus teneret disciplinam, frequenter ab ingrato ac perfido populo laceratus, & pene usque ad contumeliam  
prouocatus, nullatenus a cœpta doctrina retardatus est, sed magis etiam lenis, patiens, humilis & mitis, pro eis  
Dominum deprecabatur. Cumque circunqua rura lustraret, inenarrabili subtilitate desides barbarorum ani- Vt barba-  
mos, & minus de se sollicitos, solerti sane studio verbis blandis nitebatur stimulare, atque ad amorem supernæ pa- rostrata-  
tria accendere, prædicens infestis pacem, ferocibus lenitatem: docens eos pariter debere ad ecclesiam conuenire,  
monasteria confidere, atque in bonis actibus Deo sedule seruire. Ad quas eius adhortationes ita plerique barbari Ingens fru-  
mutati sunt, ut subito in arido & squalenti agro videretur fœcunda seges & uberrima messis existere. Videres com- clus adhor-  
plures ad præminentem currere, opes pauperibus elargiri, libertate familiam donare, aliaque plurima bonorum o- rationum  
perum studia sectari. O quam multi, Eligij industria ab errore gentilitatis retracti, Christi venerabilis coniuncti sunt  
gregi. Quam multi eius exempla secuti, omnes mundi illecebras respuerunt, beatam monachorum vitam adepti  
sunt. Quam multa puellæ, eo suadente, carnales nupicias spreuerunt, vt in matris Ecclesiæ gremium receptæ, Chri-  
sti dignæ sponsæ haberentur. Quam copiosum etiam agmen vtriusque sexus, quod toto anno acquirere poterat, an- A se con-  
nisi singulis in Paschali solennitate manibus proprijs baptizans, sacro fonte abluebat? Extrahebat enim non minus uersos pro-  
fauit, quam utiliter, è fauibus inimici viros & mulieres, senes cum iunioribus, salubriaque monita assidue tra- priis mani-  
dens, innumeros ad viam salutis traducebat. Videres plerunque inter multas infantium turbas, anus decrepita val- bat, membris omnibus trementes, cano iam capite, rugata fronte: necnon viros & que grandænos, sub eius  
manibus in siccio fonte renasci, & subito albis induitos, quodammodo renouari. Videres etiam nonnullos ad piam  
confessionem concurrentes, & sagittis inimici saucios, ita ab Eligio, veluti aptissimo medico, redire sanos, ut nul-  
la iam in eis vulnera remanerent, nullaque prioris culpæ eos delectatio comitaretur. Sed quid diutius immoror?  
Manifeste ei & euiderter aderat diuina gratia, qua innumeros ad imitationem sui prouocauit. Potro resplendebant  
in eo virtutes eximie, modestia cum verecundia, sapientia cum simplicitate, severitas cum mansuetudine, doctrina  
cum humilitate, humilitas cum rigore. Cum esset autem aliis misericors, sibi ipsi erat durissimus: ceteris humanus, Sibi ipse du-  
fibilibus abstinentia seuerus: omnibus largus, sibi soli parcus. Inter eius colloquia, sacra semper resonabant verba : de tissimus est,  
pace sollicitus, de salute patriæ curiosus, die nocteque pro quiete Ecclesiarum, quæ vbique sunt, ac pro pace prin-  
cipum supplicabat. Denique cum vocabulo illius, & virtus animi, & cœlestium gratiarum mangnificentia concor-  
dabat.

IX. QVIS vero abundantiam & copiam rigantis ingenij aliaque eius bona explicare queat? quam fuerit in timo- Proverb. 13.  
te Dei fundatus, in differendo prouidus, consilio profundus, in rebus seculi sue politicis eloquens, in virtute hu-  
militatis mirabilis, astutus iuxta prophetam, & prudens, columbae simplicitatem non amittens? O venerabilem  
Christi sacerdotem. O imitandum virum pietate, misericordia & charitate: que cum quotidie etiam in perfectis  
frigescat, in eo tamen usque ad finem aucta, in dies perseverauit. Quis eius mansuetudinem, quis pruicitatem, Die ac no-  
quis spiritus feruorem, quis discretionem, quis beniginitatem, quis iugem in præceptis Domini die ac nocte medi- cte in man-  
tationem verbis confequit posse? Quis illo, in opere Dei promptior, in oratione ferventior, in sobrietate parcior, in  
lachrymarum copia redundantior, in corpore honestior, in corde syncerior, in mansuetudine moderatior, in com- datis Dei  
punctione ardenter, in charitate iucundior facile potuit inueniri?

X. P R A C I P U S denique virtutes, quæ possunt hominem ad veræ celstitudinis honorem uehere, puta, pru-  
dentiam, iusticiam, fortitudinem & temperantiam, inter se aptas atque connexas, sibiique mutuo cohaerentesita  
excoluit, vt pene in singulari excellereret. Habuit prudentiam in discernendo, iustitiam in iudicando, in arte pro-  
posito fortitudinem, in qualitate discretionis temperantiam. Quid enim eo prudentius, qui contempta mundi Eius pru-  
stultitia, Christum fecutus est, Dei virtutem & Dei sapientiam? Quid iustius, qui omni substantia sua in pauperes dentia.  
distributa, docui diuitias pro Christi amore penitus contemendas? Quid fortius, qui in Francorum perpetua i Cor. t.  
genti & inter barbaras nationes, arrogantiumque probrosas contumelias, spiritu semper & animo invicto fuit? Iustitia.  
Quid temperantius, qui nobilium spreta felicitate, maluit in humilioribus tuto gressu pergere, quam pendulo Fortitudo.  
gradu in sublimibus fluctuare? Magnopere enim concupiuit inter homines esse inglorius, vt coram Deo appareret Temperan-  
gloriosus: menteque in Christo bene fundata, celestia potius quam terrena desiderans, humana studiis contem- tia.  
pitsibilem tamenta, vt posset diuinam in cœlestibus obtinere consolationem. Inter huiusmodi itaque institutionis  
exercitia, vir beatus ex dono sancti spiritus virtutum insignia operabatur.

XI. C A V S A quandoque exitit, quæ cum cogeret in eam profici regionem, quæ proprio Provincia nun cupa-  
tur. Cumque die quodam cum nobili suo comitatu eius Provincia regiones peragraret, occurrit ei vir quidam, im- Cogit de-  
mundo & nimis saeo repletus spiritu. Is cum vidisset sanctum virum, timore percussus, & spumas ac pallens, di- modum  
xit ad eum: Quid hic tu Eligi? Conuersus ad eum S. Eligius. Quid ad te, inquit, immundissime diabole? In nomine  
Iesu Christi obtumesce, & exi ab illo. Et continuo vehementer discerpes hominem, exi ab eo. Quindecim vero confestim  
annis obfederat & cruciauerat virum pessimum ille spiritus. Statim ergo pristinæ sanitatis restitutus homo, surrexit hominc.  
hicluram.

**P**RO FECTVS inde Eligius, venit in villam, qua Ampucius vocatur, sitaque est in ripa Rhodani fluminis, XII. pertinetque ad praedium Erchenberti illustrissimi viri. Erat autem ibi foemina quædam, in festum diu dæmonem patiens. Eo ergo in loco Eligius orationis gratia basilicam ingessus, cum oratione completa regrederetur, occurserunt ei mulier, cœpit nomen eius crebrius atque insolentius in clamitare. Tunc Eligius eam respiciens, misericordia eius, fixis in terram genibus, orauit. Deinde conuersus ad eam, dixit: Adiuto te, maligne spiritus, per Deum Patrem omnipotentem, & per Iesum Christum filium eius, & per Spiritum sanctum paracletum, ut iplus virtute fugatus, discedas ab hoc vaculo, quod captiuum obsidet. Mox ad eius verbum elisti malignus spiritus mulierem in terram, & facta est velut mortua. Sicque vim maximam patiente dæmoni, & sanguinem per os mulieris ex internis visceribus egerant, confusus exiit ab ea, aufugitusque à facie hominis Dei. Sanctus autem Eligius iussit sableari mulierem: & cum benedixisset aquam cum oleo, bibendam ei obtulit. Ilia vbi gustauit, refocillata est anima eius, & facta est ex ea hora.

**N**E QVILL illud prætereundum puto, quanuis sit humile, quod eodem itinere vir beatus spiritu cognovit. XIII. Cum iam satia omnia, quorum causa aduenerat, expeditisset, cunctosque amicos & Episcopos Provinciae visitasset, domumque Aspasij, qui filius erat Iunini Christianissimi viri, inuisisset, cum omnibus suis parabat remeare ad propria. Postremo autem omnium, vbi Aureliano \* Vescenzi Episcopo, conuiuo peracto, vale dicere instituit, accidit ut virtusque famulis fatigantibus, vnu ex ministris eius perderet rem quandam, quia camelum oneratum semper ducente solebat, eaque causa huc illucque curritans, iter eius retardaret. Tunc Eligius illi ad se secretus accedit indicat hominem, qui furtum fecerat, additique: Vade ad rupem propinquam, atque illic inter vespes repertus absconsum & ligatum id, quod queris: solutoque eo, accipe quod tuum est, & absque villa iniuria vel verbo aspero reddere homini tibi designato ligamen illius. Quod cum ille fecisset, nimio fur pudore atque stupefactus, veniam facti sui precabatur, offerens etiam satisfactionem homini.

**P**ROST HÆC Eligius ad virbum proprium regressus, institutionis sue normam in dies in melius prouehebat: di- XIV. ligens imprimis Deum ex toto corde, ex tota anima, atque ex tota virtute sua: deinde proximum sicut seipsum. In lege Domini sine laßitudine permanens, mores bonos nulla noxia conuersatione inquinabat. Vitam temporalem pro exilio ducens, vitam eternam toto mentis desiderio suspirabat. Actus vita sive omni hora custodiens, oculum mentis sive semper in Deum defixum habebat. Ab omnibus, quæ lex vertat, solerti cura abstinentis, à cogitationibus quoque noctis animum reuocabat, sciens hominem etiam cogitationum suarum rationem redditum. Nihil de se presumens, nihilque boni sibi tribuens, bona sive facta diuino muneri adscribebat. Odientes ad pacem, discordes ad concordiam reuocabat. Conſilium & opus suum semper ad Deum referens, in omni conatu suo Christi auxilium flagitabat. Pedes eius semper directi ad euangelizandum pacem, ad euangelizandum bona. Hoc ita species, animo benigno incedebat, & sicut fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum tempore opportuno, populum sibi confirmissem modis omnibus curabat spirituali reficerere almonia, comiter docens, optime instruens, à peccandi consuetudine tota virtute omnes retrahere nitens. Erat seruens spiritu, sollicitudine non piger, spes & tatis moribus, ornatus operibus, omnique suavitate conspicuus. In oratione affidius, in ieiuniis strenuus, in elemosynis largus. Porro inter diuitias & pauperes sita medium gerebat, ut pauperes eum patris, diuitias superioris loco haberent. Ille vero non personæ potentiam, sed mortuæ elegiantur attendebat: tantoque vnicuique plus habebat honoris, quanto eum sanctius viueret dicisset. Erga egenos & aduenas ad eo se sollicitum exhibebat, ut vere Christum in eis esse, fide integræ crederet: atque ita non tam illis, quam ipsi Christo, quicquid in eos conferret, se præstitisse lataretur. Ipsi quidem præbebat cibum, sed oculis celum suspiciebat. Ipsi dabat alimenta, sed Christum cum fiducia inuocabat. Manus & brachia porrigebat dando, at mœcetum procul dubio & cœlis expectabat. Quartam ille facultatum viu & molem Christi amore ardens disperserit, non me vnum necesse est dicere. Quod enim monasterium non eius penetravit elemosyna? aut quis clericus non eius substantia refocillatus est? Quis peregrinus non eius receptus hospitio est? quibus aduenis non suum impendit obsequium? quos ille curiosissime locis omnibus perquirens, damnum suum putabat, si quisquam de bilo aut efficiens, alterius beneficio sustentaretur. Ardentissima quippe fide Salvatori toto animo coniunctus, reddebat ei, quod ab illo accepérat: atque in singulis eius famulis Christum se videre credens, quicquid in illos contulisset, Deo se præstítisse gratulabatur: illud semper animo reuoluens, quod Dominus in Euangeliō ait: Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. & illud: Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum, & illud: Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipient in æterna tabernacula. &, Date elemosynam, & ecce omnia mundam sunt vobis. Huiusmodi ergo studijs intentum Eligium, diuina gratia vberius comitabatur.

**V**ENIT et aliquando in mente afflito pietatis & cura pastorali solito, solum patetæ possessionis in ciuitate Lemonicina, resuere. Audiens enim sanctam famam monasteriorum, ipsius iam exemplo in ea viba conditorum, desiderabat magnopere suis ea oculis intueri, maxime vero monasteri sui venerabilem atque omnibus similitandam institutionem. Cum autem in ipso itinere Biturigum ciuitati propinquaret, comitibus suis antecedere iussis, ipse cum paucis statuit apud memoriam S. Sulpitii confessoris adorare. Quo cum peruenisset, oratione facta, audit complures nuper mortis sententia damnatos, in fiscalis carcere vinculos teneri. Interficerant enim quod nuda fiscalis judicem, & ea causa in vinculis habebantur. Eligius ergo memor Christi dicens, In carcere eram, & venisti ad me. &, Quamdiu vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti: rogat se duci ad eos. Sed cum appropinquasset custodijs, milites confessum exurgentes, valde ei obstiterunt, nec permisérunt eum propius accedere. Tunc ille nescius admodum, indignatusque animo recessit, & cœptum pergit iter. Vbi autem ad destinatum peruenit locum, cōmoratus est aliquandiu apud Lemouices, inuisensque omnia monasteria, tam intra urbem, quam in suburbanis sita, deuotissime omnium benedictiones haustiebat. Vicitas etiam in suo monasterio fratribus, & secundo eius Abate, (primus n. ad Episcopatum raptus erat) paterna singulos sollicitudine admonebat, hortans omnes seruire Deo in veritate & simplicitate cordis, quotidieque in melius proficere, arreptum propositum omni instantia ad finem vsque perducere. Venit autem & ad praedium parentum suorum. Nam & ibi habebatur iam monasterium, à germano eius Alitio in ipsa paterna domo constructum. Ibique similiter salutatis fratribus, & comiter consolatis, ad ciuitatem suum redditum parat: cumque haud procul Biturigibus iter carperet, voluit iterum diuerrere ad ciuitatem. Stimulabat enim animum eius, quod reos, qui tenebantur in carcere, nihil ante iuuisset, nec eos libertate potuisset. Itaque iter agens, precabatur Dominum, ut addito carcere, non pateretur labore suum frustra consumiri. Qua autem die ingressurus erat ciuitatem, cum valde diluculo leuasset oculos suos ad cœlum, facta est caligo & nebula tenebrosa nimis, ita ut habitatores ciuitatis ad spatium iacti lapidis cernere non possent. Sic ergo Eligius vitem ingressus, cum appropinquasset iannus carceris, confessum eum magno ferientis impulsu, diuino nutu confitæ sunt sera, dissipati cardines, ostia carceris patefacta, omniaque compeditorum vincula soluta. Tunc Eligius concessam sibi virtutem quasi nihil ad se pertinere simulans, cito à carcere recedit: dat tamen eis consilium, ut mox inde exentes, ad ecclesiam confugiant. Tum illi cœgressi sine mora, celeri cursu

ad basim

Matth. 15. Eccl. 3. Luc. 16. Luc. 11.

Ibidem.

Indignatur ex iniuria zelo vir pius.

Alitius frater S. Eli-

gii.

Diuitius fortes carceris patefacti, & capiuntur, & ca-

giuntur.

fortes carceris patefacti, & ca-

giuntur.

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

15

ad basilicam beati Sulpitij properant. Vbi cum omnia essent ecclesiae ostia obserata, & rei hinc inde circunspiciens, nulquam inuenirent introitum, subito fracta est fenestra vitrea, vna ex maximis, quae erant in fronte basilicæ: illud mirum. Cumq[ue] sanctus Eligius omnia sanctorum loca inuisens, eo peruenisset, inuenit eos omnes circa altare, seu apud se-pulchrum iam dicti antistitis consistentes. Porro milites ut viderunt carcerem dissipatum, statim persecuti sunt eos usq[ue] ad locum memoratum: ingressique basilicam, iniecerunt eis manus, ac ferro vinclitos, foras trahere conabantur. Quos beatus Eligius blande compellans. Nolite, inquit, homines Dei, nolite sic in loco sacro agere. Cur eos perdere nitimini, quos iam prius Dominus liberauit? Quare facitis tam impie in domo Dei? Cur non pertimescitis tanti sceleris culpam? Domus haec, non mortis, sed vita domus est. Refugium est delinquentium, non damnatio euadentium. O rationis est locus, non latronum specus. Sed cum nihil apud eos sermo eius proficeret, iterum ait: Dominus Deus videat id, quod facitis. Vos quidem me audire non vultis, sed audierit (credo) ille, qui nunquam derelinquit sperantes in se. Mox ergo ad solita præsidia se conuertens, prostrauit se in terram inter altare & confessoris memoriā, atq[ue] enixi Dominū supplicauit. Et cum ab oratione caput eleuasset, statim confracta catenæ in terram cederunt, cunctaq[ue] quæ eis imposta erant ligamina, omnibus adstantibus magno sunt impetu dirupta ac dissoluta. En tertium miraculum. Quod milites videntes, ingenti metu percussi, moxque ad pedes sancti Eligij prouoluti, veniam facti sui preocabantur, dicentes: Peccauimus, domine pater, inique egimus, stulte gessimus, quod contra te contendere auli sumus. Agnoscamus modo culpam nostram: impietati nostre peccatum ut cognoscas. Tum ille: Etego, inquit, ignoranter vos fecisse noui. Dominus autem fecit, sicut ipse voluit. Et ille ergo, qui hos eripuit, vobis (oro) tribuat indulgentiam, & a cunctis vos peccatis propitiatus absoluat. Non enim ego, sicut vos putatis, sed sanctus Sulpitius ad se fugientes defendit reos. Hoc ergo modo Eligius, immo Dominus per Eligium, absoluit reos à dira mortis periculo. Ille Ad. 11.  
Ad. 16.

XVI. IN DE autem digressus, cœpto tramite pergens, peruenit tandem ad suos: vbi diebus singulis plebem sibi cōmissam admonens, indefatigabili salutares eis adhortationes adhibebat. Nimirū zelo veritatis accensus, volebat populis pandere, quid ipse intemerata fide teneret, mandans omnibus seruire Deo in veritate, facere iustitiam in omnitemporē, memores esse beneficiorum Christi, & benedicere nomen eius cunctis diebus vita sua. Collegetis autem Vtinam pli- tem vnde ad ecclesiā turbis, multa quidem & magna breui sermone comprehensa, sed spirituali ædificatione riquo con- copioſa, cum prophetica fiducia exaltans vocem, hunc in modum proponere solebat: Rogo vos, fratres charissimi, cionatores in suis con- & cum grandi humilitate admonco, vt intentis animis auscultate velitis, quæ vobis pro salute vestra suggesterentur cionibus vo-lo. Scit enim omnipotens Dominus, quod prompta erga vos charitate ista vobis profero: Quod si non fecero, pro-hunc sūn-culdubio tens debiti teabor. Vos ergo non pro mea paritate, sed pro vestra, quæ dico, salute libenter suscipite: ita etum vi-rum imita-dantaxat, vt quæ aucte percipitis, opere compleatis: vt & ego de meo obsequio, & de vestro profectu merear vobis-rentur. scum grudere in celesti regno. Si cui forte displiceret, quod tam frequenter vobis prædicto: rogo, non mihi ille mollesces stat, sed magis periculum meum consideret, & audiatur Dominus, per prophetam terribiliter sacerdoti Ezech. 3. & comminante: Si dicente me, inquit ad impium, Morte morieris: non annuncias ei, ipse impius in iniquitate 33. sua morieris: sanguinem autem eius de manu tua requiremis. Si autem tu annuncias ei impio, & ille non fuerit conueritus ab impietate sua: ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam libertasti. Itemq[ue]: illud: Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelerata eorum. Considerate ergo, fratres, quia oportet me sine cessatione vestros animos ad timendum Dei iudicium, & ad desideranda celestia præmia excitare: ut vobiscum pariter merear in Angelorum consortio perpetua pace gaudere. Ideoque rogo, vt diem iudicij semper pertimescatis, diem mortis suspectum quotidie ante oculos habeatis. Cogitate quales eritis presentandi conspectibus Angelorum, vel quale pro me sitis vicem recepturi: an possitis in illo die illibatum referre, quod in baptismō promisisti. Meminisse enim debetis, quia tunc pacem cum Deo facitis, atq[ue] diabolo & omnibus operibus eius ab-renunciatis. Qui tunc potuit, per seipsum & pro seipso sic respondit. Qui vero non potuit, fideiustor pro eius vice hæc Deo promittit, ille videlicet, qui eum de facto fonte suscepit. Considerate iam, quale cum Deo pacatum in iustis, Vtinam & vobis explorare, num post hanc promissionem opera maligni dæmonis, cui abrenunciasti, secuti sitis. Abre-hoc pacatum nunciasti diabolo, & omnib[us] operibus & pompis eius, i. idolis, fortibus, avaris, furtis, fraudibus, fornicationib[us], homines ebrietatibus & mendacis: quæ plane sunt opera & pompæ illius. Contra vero dixistis, credere vos in Deum Patrem serio cogi- omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius unicum, Dominum nostrum, conceptum de Spiritu sancto, na-ture tarent. tum ex Maria virgine, passum sub Pontio Pilato, qui tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad celos. Dixistis quo-que credere vos in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam. Hæc procul dubio cautio & confessio vestra semper manet apud Deum. Quapropter moneo vos, charissimi, vt hæc confessio & promissio vestra semper memoria retineatur, vt hoc quod Christiani vocamini, non ad iudicium vobis sit, sed ad remedium. Nam idcirco Christiani facti estis, vt semper Christiani opera faciatis, i. vt castitate ametis, luxuriam & ebrietatem fugiat, humilitatem secomini, super-biam detestemini: quia Dominus Christus humilitatem & exemplis ostendit & vobis docuit, dicens: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inueniens requiem animabus vestris. Inuidiam respusat, charitatem mutuam conseruetis, semper de futuro seculo & æterna beatitudine cogitetis, ac plus pro anima, quam pro corpore labore-tis. Caro n. breui tempore erit in hoc mundo: anima vero, si bene egerit, sine fine regnabit in celo: si male egerit, si-ne misericordia ardebit in inferno. Quisquis autem non cogitat, nisi de hac vita, brutis animalibus & bestiis simili-s est.

NON sufficit vobis, charissimi, quod Christiani appellamini, si opera Christiani non facitis. Illi enim prodest Christianum nomen, qui semper Christi præcepta & mente & corpore perficit, qui furtum non facit, qui falsum te-monionum non dicit, qui nec mentitur, nec peierat, qui adulterium non committit, qui nullum hominem nudit, sed omnes sicut seipsum diligunt, qui inimicis suis malum non reddit, sed magis pro eis orat: qui lites non concitat, sed di-scordes reuocat ad concordiam. Hæc præcepta ipse Dominus Christus per seipsum dignatus est in Euangelio tradere, ita dicens: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dicis, non periurabis, & fraudem ne feceris: honora patrem tuum & matrem, & dilige proximum tuum sicut teipsum. & Quodcunq[ue] vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite eis. Hæc est n. lex & propheta. Et adhuc his maiora, sed vnde Cui nomen Christianum prodat. Matt. 19.

fortia atq[ue] fructifera dedit mandata, dicens: Diligit inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Ecce forte & arduum mandatum, quod hominib[us] quidem durat invidetur, Matt. 5. sed magnum habet præmium. Audite quale: Vt sitis, inquit, filii patris vestri, qui in cœlis est. Ibidem. O quanta gratia. Per nos

*Rom. 13.* serui digni non sumus, & per inimicorum dilectionem filij Dei efficiuntur. Itaque fratres, & amicos dilige in Deo, & inimicos propter Deum. Qui n. diligit proximum, sicut dicit Apostolus, legem impletuit. Qui ergo vult esse vere & germanae Christianus, is necessario haec debet præcepta custodire. Quæ si non obseruat, ipse le decipit & circumuenit. Ille bonus Christianus est, qui nullis phylacteris vel adinuentiis dæmonum credit, sed omnem spem suam in solo Christo ponit: qui peregrinos tanquam Christum ipsum cum gaudio excipit, quia ipse dicit: Hospes fui, & suscepisti me, & Quandiu vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Ille, inquam, bonus Christianus est, qui hospitibus pedes lauat, & eos tanquam parentes charissimos diligit, qui iuxta quod habet, pauperibus eleemosynam tribuit, qui ad ecclesiam crebro venit, & oblationem, quæ Deo in altari offeratur, exhibet: qui de fructibus non gustat, nisi prius Deo aliquid offerat: qui stateras dolosas & mensuras duplices non habet, qui pecuniam suam non dat ad usuram, qui & ipse caste viuit, & filios vel vicinos suos docet, ut casta & cum timore Dei viuant: & quoties sande solennitates adueniunt, plures die ante etiam à propria vxore se continet, ut secura conscientia ad Domini altare possit accedere. Denique qui symbolum Apostolicum & orationem Dominicam memoriter tenet, & filios atq; familiam suam ea docet. Qui talis est, is procul dubio reuera Christianus est, & Christus habitat in eo, qui dicit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansiōnem apud eū faciemus: item per Prophetam: Ego in habitabo in eis, & inter illos ambulabo, & ero illorum Deus.

*Iohn. 14.* Ecce audistis, fratres, qui sint boni Christiani. Quantum igitur potestis, cum adiutorio Dei laborate, ne nomen Christianum falso habeatis: sed ut veri Christiani esse possitis, præcepta Christi semper animo cogitate, & opere exequimini. Redimite animas vestras à peccatis, dum habetis in potestate remedia. Eleemosynas pro viribus praestate, & chitritati studete, discordes renocate ad concordiam, mendacium fugite, peritrium horrescite, falsum testimonium nolite dicere, furto abstinete, oblationes & decimas ecclesiis reddite, luminaria sanctis locis pro facultate exhibete, symbolum & orationem Dominicam memoria tenete & filiis vestris tradite. Illos quoque, quos ex baptismo suscepisti, docete & castigate, ut semper in timore Dei viuant. Noueritis vos apud Deum pro illis fideiuxores tenebiti. Ad ecclesiū sapienter expedit: diem Dominicum pro tenerentia resurrectiōni Christi, absque ullo seruili opere colite, sanctorum solennitates pio affectu celebrate. Proximos vestros sicut vosipios diligite: quod vobis vultis ab aliis fieri, hoc & vos alii facite. Quod vobis fieri non vultis, nulli faciat. Ante omnia charitatem habete: quia caritas operit multitudinem peccatorum. Estote hospitalis, humiles, omnem solicitudinem vestram projicientes in Deum: quoniam ipsi cura est de vobis. Infirmos visitate, in carcere coniectos inuisite, peregrinos suscipe, esurientes pacifite. Sit vobis aequalis pondus, & æqua mensura, sit statuta iusta, iustus modius, æquusque sextarius. Nec plus, quam de distis, repetatis: neque usuras ex pecunia mutuo data, & quoquam exigatis. Quæ si obseraueritis, securi in die indicij ad tribunal æterni iudicis venientes, dicetis: Da Domine, quia dedimus: miserere, quia misericordiam fecimus. Nos implieimus, quod iussisti; turedde, quod promisi.

*Sacrilegia, incantato- nes, diuinatio- nes & obſtruções super- ſtioſe omn Chri- ſtano fu- gienda.* Ante omnia autem illud deannuncio atque contestor, ne vllas paganorum sacrilegas consuetudines obserueris, non diuinos, non fortilegos, non incantatores pro vlla re aut infirmitate confilere ausi sis. Qui enim id facit, ille mox perdit baptismi gratiam. Neque etiam auguria vel sternutationes obseruetis, nec in itinere constituti aues cantantes curiose attendatis: sed siue iter, seu quodlibet opus suscipitis, signate vos in nomine Christi, symbolumque & orationem Dominicam cum fide & deuotione dicite, nec quicquam vobis nocere poterit inimicus. Nullus Christianus obseruet, quia de domum vel exercat, vel reuertatur: omnes enim dies Dominus fecit. Nullus ad inchoandum opus diem vel lunam attendat. Nemo in Calendis Ianuarij ne fanda & ridicula, vetulas aut\* ceruulos vel \* ioceticos faciat, neq; mensas per noctem componat, neque stenias aut portiones superfluas exercet. Non cœlum, non terram, non fidera, nec vllam omnino creaturam, præter Deum, vllus adorandam credat: quia omnia ipse solus condidit atque disposuit. Altum quidem est cœlum, ingens terra, immensum maris, pulchra fidera: sed longe maior & pulchrior sit neceſſe est, qui haec creauit. Si enim haec, quæ videntur, tam incomprehensibilia sunt, puta, varii teſta fructus, pulchritudo florum, diversa pomorum genera & animantium in terra, in aere, in aqua, apum sedula prudenteria, ventorum flatus, nubium rores, tonitruorum fragores, temporis vices, dierum arq; noctum vicissitudines variisque recurſus: quæ omnia nullatenus mens humana comprehendere potest: si ergo haec talia sunt, quæ videamus, & haud quaquam comprehendimus: quæ aſtimanda sunt illa cœlestia, quæ non videmus? vel qualis horum omnium opifex, cuius nutu cuncta creata sunt, cuius & arbitrio omnia gubernantur? Illum ergo fratres, super omnia timete, illuminadore, illum præ omnibus amate, illius misericordię inherete, de eius clementia nunquam desperare.

*Ex crea- riis, quid colligen- dum de Deo.* Quos bonos videtis, illos imitamini: quos malos conspiciatis, castigate & corripite, ut duplē mercedem habere possitis. Qui haec tenus immunis a supradictis malis fuit, gaudeat, & Deo gratias agat, & deinceps quoq; ab illis sibi caeat, studeatque per seuerare in operibus bonis. Qui vero usque in præiens male vixit, cito se corrigit, & toto corde agat penitentiam, ante quam de hac luce decedat: si enim sine penitentia obierit, non ibit ad requiem, sed precipitabitur in gehennam ignis, vnde nunquam exire poterit, sed ardebit illuc in secula seculorum. Omnes igitur vos, quibus loqueri, viri & feminae, corrigit vitam vestram: vnuſquisque, dum potest, vita sua proficer: mala quæ fecit, penitentia expiet. Nemo se inebriet, nemo in conuiujs cogat alium plus bibere, quam par sit: quandoquidem vino multo deditos Apostolus acriter obiurgat, vbi ait: Neque ebris isti regnum Dei possidebunt. Nemo vel in villa re minima diaboli sequatur adinuentiones: nullus siue exiens, siue egrediens domum, obseruet quid sibi occurrat, vel num qua vox reciproca seu echo audiatur, aut quid aues garrant, vel quid sit quod portat ei factus obuiam. Qui enim haec obseruat, partim adhuc paganus se esse declarat. Qui vero haec contemnit, Prophetam sibi clamare galetur: Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitatis & infanias falsis. Vnde & Apostolus monet: Omne quodcumque facitis, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. Porfus cedendum est a cunctis huiusmodi obseruationibus: mathematici spernendi, anguria horrescenda, somnia contemnda: quoniam, sicut scriptura testatur, vana sunt. Vnde & per Moysen præcipitur: Non anguriamini, nec obseruabis somnia, neque ad magos declinabitis. Oportet igitur, ut haec tota mente obserueris: & si quos cognoscitis vel occulte aliqua phylacteria exercere, expedite cum eis nec cibum sumere, nec quicquam habere commercij. Ista ergo omnia serpentem, ad Dei vos auxilium conferte, de eius misericordia nunquam despatate.

*Contra eos qui fabu- lantur in templis.* Omni die Dominico ad ecclesiam conuenite, & ibi non negocia, non lites aut rixas, vel ociosas fabulas tractetis: sed lectiones diuinas cum silentio auscultate, & pro pace Ecclesia & pro peccatis vestris orate. Qui enim in ecclesia fabulari non timet, & pro se, & pro aliis redditurus est rationem, dum nec ipse verbum Dic audit, recallos audire permittit. De talibus quippe Dominus in Evangelio dicit: Vx vobis hypocrite, quia clauditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeentes sinitis intrare. Qui aliorum iudices eritis, iustissime indicate.

Judicate. Nihil in iudicio inique agatis, nec munera super innocentes accipiatris: non personam attendatis, nec res alienas vi rapaci collatis, quandoquidem quid vel no[n]e proxima vestris accidere possit, ignoratis. Pauperem & aduenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud, quod veritas in Euangeliō dicit: In quo iudicio iudicaretis, iudicabimini: & in qua mensura mensa fueritis, remetetur vobis. Vide ne in vos quadret illud prophetum: Vx qui iustificatis impium pro munib[us], & iustitiam iusti auferitis ab eo. Vx qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Facta est veritas in obliuionem, & iustitia longe steti. Hæc fratres considerantes, & vos, & illos, quibus præfests, pariter in Dei timore confirmate. Retinet quæ dicit vobis: facite quæ præcepta sunt. Habete semper Christum in mente, & signum eius in fronte. Memineritis multos vos habere aduersarios, qui cursum vestrum impedit conetur. Idcirco in omni loco, horis omnibus Crucis signaculo vos armate, Crucis vexillo vos communite. Hoc enim vel maxime illi timent & expanescunt. Hoc vobis datum est scutum, quo possitis ignitas omnes maligni sagittas extinguere. Profecto magna res est signum Christi, & crux Christi: sed illis solis profecti, qui faciunt mandata Christi. Ut ergo etiam vobis proficiat, præcepta eius totis viribus implere contendite: & siue se deatis, siue ambuletis, siue comedatis, siue lectum ascendetis, siue a lecto surgatis, semper Christi signum muniat frontem vestram: vt vos semper memoria Dei & vigilantes protegat, & custodiat dormientes: & quoties no[n]e euigilatis, & somnus ab oculis recedit, mox labijs signum Crucis imprimatur, mens orationibus occupetur, Dei præcepta animo voluntur, ne stupido peccatori repente subrepat inimicus, vel per stultam oscitantiam & incuriam serpat in animam audius aduersarius. Cum turpem ille vestris sensibus cogitationem saggerit proponit vobis futurum Dei iudicium, inferni supplicia, gehennæ flamas, tartari tenebras, que impij patiuntur. Si sic feceritis, mox turpis cogitatio euaneget: nec vos deseret virtus Christi: Psal. 31. quia verum est quod Prophetæ canit: Sperantem in Domino misericordia circundabit.

Cum autem hæc omnia. Domino auxiliante, feceritis, certum habere debetis, moleste id laturum diabolum, quod videat vos à sua societate discedere, & ob hoc fortassis aliquam in vos nequitiam exercet, aut infirmitates vobis immittere. Sed id minime vos frangat: ad probandos enim vos, permittit id Deus, vt exploret, num toto corde eius misericordia innatimini, & si vere in eum creditis. Cuncta ergo patienter ferite, & Deum in omnibus benedicte, vt in vobis implatur quod scriptum est: Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vite. Consolari vos debet id, quod Apostolus ait: A Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur, & illud: Quem diligenter Dominus, castigat: Nam gelat autem omnem filium, quem recipit. Quod si semel atque iterum nequit ipsi dæmonis viriliter atque fideliter pro Dei timore restiteritis, ita eum postea à vestri infestatione Deus repellat, vt deinceps nunquam vobis nocere queat. Sic nimitem, si vere, non falso, Christiani estis, omnes diabolicas fraudes & circumventiones fugere & despiceret debetis, totoque peccatore Deo adhærere & iniungi: vt quæcumque vobis aduersa ab inimico illata fuerint, patienter & fortiter tolereretis. Quod si per sortilegos aut diminos aliquia prædixerit, & ita euenerint, nolite mirari. Spiritus enim illi per aera volantes, facile possunt quædam futura prædictare. De his si habet scriptura divisa: Si surrexerit in medio tui prophetæ, & prædicterit signum Dant. 13. atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos: non audies verba prophetæ illius: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, utrum diligatis eum, an non. Illud autem scientia, quod nec vos, nec quicquam vestrum laedere poterit inimicus, nisi quatenus permisit Deus. Permitit autem Deus, quod peccata hominum mereantur. Permitit, inquam, duas ob causas, vt aut probet vos, si boni estis: aut casti estis, si peccatores. Sed qui patienter Domini dispensationem sustinet, si quid perdidierit, sic dicat: Dominus nos dedit, Dominus abstulit: sicut Dominus placuit ita factum est. sit nomen Domini benedictum. Pro ista patientia aut coronam accipiet, si iustus est: aut indulgentiam, si peccator. Quod si murmurauerit, vel desperauerit, rei pariter illius atque animæ suæ faciem curat. Sed mihi credite, fratres, si ex toto corde in Dei semper timore permaneritis, & præcepta eius custodieritis ita, ne nihil ex gentili consuetudine obseruetis, nihil vobis iam inimicus nocere poterit, sed omnia vobis prospere cedent. Probe enim Christiano nec auguria, nec alia quælibet figura possunt officere: quia vbi signum Crucis cum fide & timore Dei præcesserit, nihil ibi inimicus nocere poterit. Tempidisvero & negligentiis ideo nocere possunt, quod relinquentes Dei præcepta, per vitæ suæ negligentiam praua exercendo opera, ipsi se dæmonum potestati sponte tradunt: qui si in Christi seruitio perseverarent, & eius nitentur auxilio, nihil prouersus mali patienterentur.

Hæc ergo scientes, totis viribus diuinæ inhærente misericordia, opera bona semper agite, & de substantia vestra pauperibus erogate. Qui plus haberet, plus tribuat: qui vero minus, ex ipso largiatur beatus & hilaris. Vnusquisque det pro viribus: est enim, vnde gaudeat, sciens se pro paucis, quæ latgitur, plurima recepturum. Dat enim numerum, & comparat cœlestis regnum: dat parvam pecuniam, & emit vitam æternam. Sitis ergo studiosi præstandæ eleemosynæ: ea enim, vt scriptum est, à morte liberat, & non patientur animam ire in tenebras. Qui habet aurum, det aurum: qui habet argentum, det argentum. Qui vero pecunia caret, bono animo det pauperi fragmen panis: quod si nec illud integrum habet, frangat, & partem tribuat pauperi: nec dubitet, quanvis parum bono animo obtulerit, gratum & acceptum Deo fore. Dominus enim non tam copia numerum, quam largientis bona voluntate & deuotione pascitur ac delecat. Vt autem nullus pauper ab eleemosyna se excusare posset, ipse Dominus pro calice aquæ frigida mercedem se redditum promittit. Quia autem maiores à Deo facultates accepit, maius vrique iudicij periculum sustinebit. Potuit quidem Deus omnes homines diuites facere: sed idcirco in hoc mundo pauperes esse voluit, vt diuitibus suppetaret occasio redimendi peccata sua. Redimite ergo vos, charissimi, dum precium suppet. Date eleemosynam ex iusto & bono labore, non de rapina. Audite iam ad fores vestras orantes pauperes vtriuspi pro vobis in die iudicij orient. Sapientem attendite, ita dicentem: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudiatur. Date ergo Deo, quod vobis ille dedit. Ipse enim accipit, quicquid pauperi tributus. Et illi quidem datus, sed vobis in futurum transmittit, non vnde ventrem faciat, sed vnde flamas extinguatis: quia sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccata. Date ergo, dum licet, in redemptio nem animarum vestrarum: redimito vobis, dum viuit: quia post mortem nemo redimere vos potest de gehenna. Vnusquisque de arte sua, vnde viuit, decimas det Deo in pauperibus vel ecclesijs. Consideret omnia esse Dei, vnde viuit, puta terram, feminam, fluminam, & omnia quæ sub celo sunt & supra celos: & si ille non dedisset, nihil vrique haberet. Deus autem noster, qui dignatur totum dare, decimas de suo dignatur à nobis repetere, non sibi vrique, sed nobis, profuturas. Sicenim per prophetam promisit, dicens: Inferte omnem decimam in horreum meū, Malach. 3. & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperiuerio vobis cataraetas cœli, & effuderò vobis benedictionem vique ad abundantiam. Reddite ergo libenter ex omnibus, quæ possidetis super terram, quod Deo gratum cognoscitis. Nolite de omni substantia vestra fraudare decimas, ne vobis nouem partes auferantur, & sola decima remaneat. Si voluntarie dederitis, plus semper vobis Dominus dabit. Si non dederitis, quot pauperes in locis, quibus habitatis, fame mortui fuerint, tot homicidiorum rei critis. Atque insuper immitteret in vos Dominus pestilentiam & famem, & perdetis totum, quod habetis, immo ipsas etiam animas vestras. Quod ne disti.

vobis eueniat, libenter bono animo detis, quo animas vestras possitis redimere. Nec eligatis, cui misericordiam praestetis, ne forte præteratis eum, qui meretur accipere: quia nescitis, in quo Christus dignetur eleemosynam accipere.

- Lxx. 25.* In his autem omnibus, quæ Dominus exerceri iubet, benignitatis operibus nihil ille querit aliud, nisi salutem animalium vestiarum, & vt timeatis illum semper, & custodiatis mandata eius. Quod si feceritis, dabit vobis, sicut per sanctum Moysen pollicitus est, pluias temporibus suis, & terra gignet gerumen suum, & pomis arbores replebuntur, & omnibus bonis abundabit. Dabit pacem in finibus vestris: dormietis, & non erit qui exterrit, & ipse habitabit inter vos. Contra vero, si non custodiatis præcepta eius, venient in vos plaga, ab eodem Moysè prædictæ, pestilentiae, fames, gladius, eritque celum vobis ferreum, & terra ænea: terra non profert gerumen, segetes peribunt, & labor vester omnis inanis erit. Et super hæc infestabunt vos hostes, & gladius deuorabit vos, & erit terræ vestrae deserta atque desolata. Et tunc præ angustia clamabitis, nec exaudieret vos Dominus, sicut per prophetam ministrat, dicens: Et factum est, sicut locutus est, & non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiatur, dicit Dominus. & per alium prophetam, sic dicentem: Non est abbreviata manus Domini, vt saluare nequeat: neque aggravata est auris eius, vt non exaudiatur: sed iniuriantes vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis, ne exaudiaret. Vt igitur ista vobis non contingat, custodite que præcepta sunt: implete Dei mandata, vt viuatis, & bene sit vobis, nullaque vobis calamitas accidat. Omnipotens enim Deus consolator per prophetam, ita dicens: Si penitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego penitentiam super malo, quod cogitauit ut facerem ei. Hæc, fratres, semper animo retinete, hæc filiis & vicinis vestris narrate, hac commemorate vobis eum, cum sedetis in domibus vestris, & cum ambulatis: nec obliuiscamini eorum in rebus prosperis, sed Deum semper timete, illi soli seruite, ne irascatur contra vos furor eius. Noueritis, eum custodire pacem & misericordiam illis, qui eum diligunt, & custodiunt mandata eius, omnesque eis auferre languores. Audiatis beatum Ioannem Apostolum, dicentem. Nouissima hora est. Nolite diligere mundum: cito n. transfit, & omnis concupiscentia eius. Facite voluntatem Dei, vt maneat in æternum, & habeatis fiduciam, cum apparuerit, ne confundamini in aduentu eius. Nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est. Et reuera peccatum omne, siue furtum, siue adulterium, siue mendacium, siue dampnus operatione non fit. Pensate, quæso, quam perniciosa sit, diaboli opera exercere, eiusque participem fieri, non quidem in requiete, sed in pœnis gehennæ. Iraque quotiescumque in peccatum inciditis, nolite mortifera securitate expectare, donec vulnus ipsa putrefiant: nec alia addatis peccata: sed continuo per penitentia confessionem remedium vobis adhibere festinetis. In magnis virtutum exercitijs semper crescere nitamini: vt qui sunt habent genus superbus, sit iam humilis: qui erat scortato, & adulter, sit castus: qui solebat farati & tollere res alienas, incipiat proprias dare pauperibus & ecclesijs: qui fuit inuidus, sit benignus: qui fuit ebriosus, sit sobrius: qui iracundus, patiens sit. Si quis alteri faciat iniuriam, cito veniam petat: cui iniuria irrogata est, absque mora remittat, vt etiam illi remittatur. Et quidni fratri parum remittat, vt illi Deus totum remittere dignetur? Nam & hoc eleemosynæ genus est, vt cognoscat quis ex animo ei, à quo lassus est. Quod si quis adeo pauper est, vt nihil habeat, unde corporalem praestet eleemosynam: quandoquidem fieri vix potest, vt non ab aliquo afficiatur iniuria, si ex animo omnibus in ipsum peccantibus remittat, nec contra ullum in corde odium retineat, sed omnes diligit ut seipsum: id ei proculdubio maxime eleemosynæ loco imputabitur. Vt autem peccantibus in nos libentius ignoramus, audiamus quid Christus dicat in Evangelio: Si dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.
- Lapsus in peccato illico refugiat.*
- Contraria contraria curanda.*
- Pauperes qualem præstatunt esse licet in omnino nam.*
- Matth. 6.*
- Odi quantæ pernicioles.*
- 1. Ioan. 3.*
- Inimicos diligere, quid confiteri.*
- Matth. 5.*
- 2. Ioan. 3.*
- Ioan. 12.*
- Matth. 6.*
- Cibus animæ.*
- Matth. 5.*
- Ephes.*
- Ibidem.*
- Matth. 5.*
- Hbr. 3.*
- Ibidem.*
- Sub adulterio siue etiam alias libidines comprehendit.*
- Nemo ergo se fallat, nemo se decipiat: quia quisquis vel vnum hominem odit in hoc mundo, quicquid interim Deo boni operis offert, totum perdit. Non enim mentitur Apostolus terribiliter clamans: Qui si fratrem suum odiat, homicida est, & menda est, & in tenebris ambulat. Quo loco fratrem oportet omnem hominem intelligi: omnes enim in Christo fratres sumus. Ego autem, fratres, ad inimicorum dilectionem idcirco tantopere vos adhortor, quod ad sananda peccatorum vulnera, vix ullum sciam efficacius remedium. Et quoniam grandis est labor, inimicos diligere in hoc seculo, at in futuro ingens est et præmium. Qui hic inimicos diligat, amicus erit Dei: nec solum amicus, sed etiam filius: sicut ipse promisit, vbi ait: Diligit te inimicos vestros, benefacie his qui oderunt vos, & orate pro calumniantibus vos, vt sicut filii patris vestri, qui in celis est. Qui ergo diligit, requie perfuerit. Qui non diligit, sicut Apostolus ait, manet in morte. Cum haec ergo ita se habeant, charissimi, non falsa, sed vera inuicem dilectione vos proficiebitis: actiones vestras ad Deum semper dirigite, & quicquid potestis, pro studio & amore vitae æternæ laborete. Currite, dum lucem habetis, priusquam vos tenebras comprehendant. Si laborem pro carne suscipitis, etiam pro anima laborem ne recusetis. Si curratis carnis causa, quam paulo post vermes deuoratur sunt: multo alacrius pro anima currite, vt ornata illa bonis operibus, sine fine lætetur in celis. Quando ieunatis, quod in prandio sumpturi eratis, pauperibus erogate: nec tunc, vt Dominus admonet, instar hypocritarum tristes esse debetis, vt videamini ab hominibus: sed ab illo solo, qui videt in abscondito. Semper autem maior vobis cura sit cibus animæ, quam corporis: dumque in mundo verbum animi, bene vivendo æternam vobis vitam comparate. Lectiones diuinæ in ecclesia libenter auscultate, & quæ illuc auditis, ingiter in domibus vestris commemorare: vt quoniam corpus cibo, ita anima Dei verbo reficiatur. Certum est enim, quale est corpus, quod post multis demum dies percipit cibum, talem esse animam, quæ raro pascitur verbo Dei. Sit ergo ambulatis, charissimi, siue federis, siue quippiam agitis, semper ad mentem reducite ea, quæ in ecclesia ex sacra lectione audistis, semperque Euangelica precepta in ordine ruminare.
- Ante omnia luxuriam fugite, prauam concupiscentiam vitate, timentes illud, quod Dominus in Euangeliō dicit: Qui viderit mulierem ad concupiscentiam eam, iam incechatus est eam in corde suo. Vxores vestras absque, vilia simulatione diligite, sicut Apostolus præcipit, vbi ait: Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Mulieres autem, vt idem Apostolus docet, viris suis subditæ sint sicut Domino, & timeant viros suos. Nec quicquam legitimam vxorem suam quacunque, ex causa dimittere auctor sit, cum ipse Dominus dicat. Quicunque dimittit vxorem suam, excepta fornicationis causa, eum facere illam mœchari. Concubinas siue ante nuptias, siue post nuptias habere prohibemus, quandoquidem omnino illicitum est. Qui enim legitimam vxorem ducere constituit, æquum est, vt virginitatem vise, ad nuptias conseruet, & post nuptias nullam aliam, præter vnam legitimam coniugem, cognoscat, sicut & Apostolus præcepit: cui etiam fidem seruet, quemadmodum ab illa seruari vult: nec peccet cum alia, sicut nec illam vult cum alio peccare, timens illud, quod idem Apostolus terribiliter clamat: Fornicatores & adultores iudicabit Deus. Quicquid enim coniugij iure fornicationis non licet, nec viris licet. Quamobrem, ò Chrtianæ, fuge fornicationem: erubet esse iam sub oculis Dei & Angelorum peccare. Capitalia crimina modis omnibus detestare, vt sunt, sacrilegium, homicidium, adulterium, falso testimonium, furtum, rapina, superbia, inuidia, auaritia, iracundia & ebrietas. Hæc enim sunt crimina, quæ mergunt hominem in supplicium æternum. Ex quibus si quis vel vnum admittat, nisi agat penitentiam, siue vlo remedio in gehennæ igne ardebit. Et idcirco anima Chi-

ma Christiana, vigila, ora, caue semper ista crimina, & quicquid boni potes, age pro vita æterna. Aperi pauperibus manum tuam, vt Christus tibi aperiat ianuam suam, per quam intres in gaudia paradisi. Noli ipse te tradere in perditionem, pro quo Christus fudit sanguinem suum. Satis superque te dilexit, quem tanto precio comparauit. Terreant te gehennæ supplicia, quo vel sic possis à prauis operibus abstinere. Omni hora exstimes ad futuram mortem, & euentura tibi iudicia Dei semper reformides, vt illud scriptura tibi posuit aptari, Beatus homo, qui semper est pauidus. Quod male admisiisti, dum potes, emenda, dum adhuc licet pœnitere. Veniam non desperes, si velis resipiscere: desperatio enim peccatis omnibus deterior est. Nequaquam igitur de Dei misericordia desperes inquam, nec si vel ob enormem centum, vel etiam millia perpetras crimina. Nulla enim tam grauis est culpa, quæ per pœnitentiam non possit obtinere veniam. Si quis te laecessat & irriteret, si conuicietur, si iniuriam itroget, tu patiens esto, nec reddas contumeliam: melius tacendo vinces. Cum tibi maledicatur, tu benedic: magnam confequeris gratiam, si non iudas eum, à quo læsus es. Nullum despicias, non egenum, non seruum: quia fortassis apud Deum te melior es: & omnes, secundum Apostolum, unum fumus in Christo Iesu, nec est personarum acceptor Deus: sed sicut scriptum, Vnusquisque quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, sive seruum, sive liber. Non derahas fratrem tuum, nec calumniam facias, neque vi opprimas eum: sed sicut per Moysen dicitur, si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes feruitate famulorum: sed cum timore Dei agas erga illum. Memineris te quoque seruum esse. Non odens fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. Si peccauerit in te frater tuus, atrin Euangelio Dominus, correpi eum inter te & ipsum solum. Et alibi. Si offeras, inquit, munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus haberet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeras munus tuum. Hæc te, Christiane, præcepta reuocent ad concordiam: hæc suauia Christi medicamenta curent odi vulnera. Quod si contempseris, retribilem illum in te sententiam retorques, qua dicitur: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: & qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis. En audisti Christiane, quid timeas, quid obserues. Stude ergo charitati, serua patientiam, fuge discordiam, impone frenos linguae tuæ, ne trahat in gehennam animam tuam: quia secundum scripturam, mors & vita in manibus lingue, & vir linguos non dirigetur in terra. Quæ quidem sollicita consideratione pensantes, charissimi, verba simul moreisque corrigit. Sectamini semper iustitiam, amate Christi præcepta. Derelinquat impius viam suam, & revertatur ad Dominum, clamat propheta, & miserebitur eius: quia multus est ad ignoscendum. Audite eum dicentem: Conuertimini filii reuertentes, & fanabo a ueris uestras. Et rursus: Quærите bonum, & non malum, ut vivatis, & erit Dominus exercituum vobiscum. Odite malum, & diligitе bonum, ut misereatur vestri Dominus. Ecce hoc ipse Dominus per Prophetam clamat. Si me audire contemnitis, saltem illum audite. Consolatur ille in Euangelio peccatores, dum ait: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Rursusque admonet: Quærите primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Et iterum: Petite, & dabitur vobis: quærите, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Et certe pro ineffabili pietate sua Dominus non solum admonet, sed etiam rogas nos, ut conuertamur ad ipsum. Audiamus rogantem, ne, si negligamus, non audiat ille nos iudicaturus. Dicir in scriptura: Misere te anima tua, placens Deo. Quod ad hæc respôdes humana fragilitas: Deus rogas, ut tui miserearis, & nō vis. Quomodo igitur ille te audiens in die necessitatibus supplicantem, quando tu illum non audis pro te rogantem? Si iam hæc negligitis fratres, quid aucturi estis in iudicij die, & ad cuius cofugietis auxilium? Certe si vos nunc negligitis tales Dei adhortationes, non effugietis tunc inferorum tormenta: nec liberare vos poterit aurum & argentum, neque opes & diuitiae, quas nunc in arcis absconditis, & quibus inflati, salutis vestre obliuiscimini. Audite, quæfo, committantem Dominum: Visitabo super orbem mala, & quicunque faciam superbiā infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Audite etiam admonentem: Edite peccatores ad cor. Quiescite agere peruerse, discite benefacere: subvenite oppreso, iudicate pupillo, defendite viduam, &c. Hæc, fratres, magnopere obseruati nitamini. Date operam, ut separati à diabolo, coniugamini Deo, qui vos redemit. Admirentur gentes conuersationem vestram. Quod si detrahant vobis, aut irideant vos, Christianissimi opera vos sectari, nihil contutibemini. Reddenter enim Deo rationem. Totam spem vestram in Christi misericordia collocate, & non solum ab actu impudico, sed etiam à cogitationibus fordidis animas vestras custodite: quia Deus iustus index etiam cogitationes malas iudicabit.

Moneo vos, fratres, ut superbiam proflus repellatis, per quam diabolus è celo corruit. Audiatis Apostolum Deus, inquit, super bis resistit, humiliabis autem dat gratiam. Itemque ipsum Dominum, in Euangelio sic dicentem: Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Et iterum: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Iterum consuetudinem penitus abiicie: valde enim ea pugnat cum præceptis Dei. Ait enim in Euangelio Dominus: Dico vobis, non iurate omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius, neque per caput tuum iuraueris. Sit autem sermo vester: Est, est, Non, non. Cum iniuriam patimini, succurrat animo illud Domini mandatum, Dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percussit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram: & qui vult tunicam tuam tollere, præbe ei & pallium. Qui petat à te, da ei: & qui auferat quæ tua sunt, ne repetas. Orandi rationem eam conseruare debetis, quam Dominus præscribit, vt non multis verbis contenti sitis, sed ex intimo pectore Dominum deprecemini. Vbiunque estis, Christi mentio habeatur in mutuis colloquiis vestris. Ipse enim dicit: Vbicunque sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Scandala fugite, Dominus enim grauerit perfringit authores scandalorum, Væ, inquietis, homini, per quem scandalum venit. Semper memoris sitis illorum Domini verborum: Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fieri vobis. Apostolum quoque clamantem audiatis: Tempus breve est: reliquum est, vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui vntuntur hoc mundo, tanquam non vntantur: præterit enim figura huius mundi. Vrautem plus appetamus cælestia, quam terrena, Dominum audiamus dicentem: Quid enim proficit homo, si vniuersum mundum lucretur, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat: Ad studium autem charitatis excitant nos illæ sentientiae: Si diligimus in uicem, Deus in nobis manet, & charitas eius perfecta est in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Charitatis excellentiam beatus Paulus indicare volens: Si distribuero, inquit, in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Vnde etiam alibi admonet, vt omnina nostra in charitate fiant. Idem vero ipse malos in viam reuocans, Qui furabatur, inquit, iam non fuerit. Itemque: Fugite fornicationem. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corporis suum peccat. Et rursus: Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque molles, neque adulteri, neque fures, neque auari, neque ebrios, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Alibi quoque testatur, omnium malorum radicem esse cupiditatem. Vos ergo, fratres, profite gate cupiditatem, sed etiamini charitatem, deponete impieratem, supportate inuicem cum humilitate. Reuelature enim, vt Apostolus ait, ita Dei de cælo super omnem impietatem & iniustiam hominum. Cogitate sœpe cum animis vestris, quam seuis, quam timendus sit gehennæ ignis: & qui iam nec digitum vnum sustinet in ignem inferre, timeat illicito corpore iu omnem æternitatem ardere.

*Quilibet ha-  
bet propria  
Angelus sui  
custodem.*

R. go itaque vos, fratres, si vultis ab illo igne, ab illis horrendis peccatis seruari, desinatis iam peccare, & toto corde ad Dominum conuertamini in ieiunio, & fletu, & planctu, sicut ille per prophetam hortatur. Vigilate solite: quanto enim finem mundi propinquorem conspicit Diabolus, tanto crudelius in Christianos sevit: ut quia se propter diem damnandum cognoscit, plures sibi socios in peccatis adiungat, cum quibus sine fine crucetur. Cauete ergo attentius, & semper in Deitatem permanete, certi in unum quemque nostrum habere Angelum Dei, qui obseruet iugiter quid agamus: & si quidem bene agimus, gaudium afterimus Angelis nostris: si vero malis operibus vacamus, Angelos sanctorum repellimus, & malignos demones nobis assiciscimus. Hæc me loquente, vos charissimi, introrsus ad

voste dite, in vobis deinceps, conscientias vestras inducitis, huius dignos et clementes Angeli vestri, ex-  
plorate. Et si bonos vos & Deo digo ex hib' tis, si non quam de meritis vestris superbo animo praefidatis, sed cum hu-  
militate magis etiam deinceps vobis canete. Sivero peccatis vos obnoxios cernitis, ne quaquam desperetis, sed cum  
Deo in animo pacatum feriatis, posthac nolle vos peccare, & ita fidenter in Domino speretis. Ille enim sinum pietatis  
sue semper expandit, & omnes per paenitentiam ad se recipere cupit. Quod si quis adulter, vel scortator, aut fur,  
aut ebriosus, vel mendax, vel etiam filiorum suorum necator est, agat paenitentiam, & de cetero cauteat, & condo-  
nabite altilissimus. Occurrant vobis ex Euangelio publicanus, latro, mulier peccatrix, & Paulus, qui de seipso dicit:  
Prins fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed & misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in-  
credulitatem. Et vos ergo si quid forte ignoranter admisistis, reparate vos, quæso, dum licet, per paenitentiam.  
Confitemini Domino totis p' acordiis, quoniam bonus est. Dolcat vobis, non egistis vos quod bonum est: & quia-  
g' t' paenitentiam, sic eam agat, vt deinceps lugenda non admittat. Vos qui pauperes etsis, nolite contristari: si enim  
bene geritis, in caelo ditiones eritis.

*H. br. 13.* Cauete vero omnes, ne quis turpem sermonem proferat: & secundum Apostolum, doctrinis variis & peregrinis  
*1. Thes. 5.* nolite abduciri: sed corripite inquietos, consolamini pusillanimes, patientes efforte ad omnes. Omnis sermo malus ex  
*Ephes. 4.* ore vestro non procedat. Corruptum mores bonos colloquimur: Crapulam & ebrietatem perhorrescite, quas  
*1. Cor. 13.* Dominus per seipsum reprehendit, vbi ait: Attende vobis, ne forte grauenter corda vestra in crapula & ebrietate.  
*Luc. 21.* Et apostolus, Nolite, inquit, inebriari vino, in quo est luxuria. Proculdubio enim qui plus manducat aut bibit,  
*Ephes. 5.* quam expedit, & peccatum incurrit, & castitatem tuei non potest: cum enim venter nimio cibo, aut potu repletus  
*Ecccl. 31.* est, necesse est, ut in libidinem pronus sit. Vnde etiam alibi scriptum est: Amaritudo animæ, vinum multum pota-  
tum, & iram, & ruinas multas facit. Ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vul-  
*Cantic. 8.* nera. Et haec quidem dico, non ut creaturam Dei malam asseram, aut damnandam iudicem: sed ut vos magis sobrios  
cautioneque reddam. Immo vero admoneo, ne quam Dei creaturam dicatis esse malam: cum ea enim valde bona  
creavit Deus. Namque nobis mala esse videntur, aut nocent nobis, non sua natura, sed nostrò vitio mala  
sunt. Itaque fratres, solum diabolum, qui superbiendo factus est malus, detestantes, tot bonarum rerum creatorem  
Dominum glorificate.

*Matt. 7.* Cauete I. mperiam latam, q̄ia ducit ad perditionem : intrate per angustam, quæ perducit ad immensam calitudinem. Pauperes & peregrinos vocate ad coniuia : sic enim Dominus hortatur his verbis : Cum facis præsumptum deo, non te debet trahere in peccatum. Pauperes se diu aut ecclasiā nolunt vocare diuites, ne forte & ipsi te reuinient, & fiat tibi retributio. Sed voca pauperes, debiles, cunctum E. claudos & eacōs, & beatus eris, quia non habent etiū tuobus tibi : retributio enim tibi in resurrectione iustum. *Luc. 4.* N. que enim iustum est, vt in populo Christiano, qui uno pretio redempti sunt, & vni Domino seruunt, alij multis ad prandium vocati sa. tos habeant ventres, & eis b̄fū sint, alij fame deficiant. Proclus peccatum est, si vestra superflua tineat rodant, & pauperes nec vetustissima quadem à vobis accipiant. Cur non attenditis pari conditione nos venisse in hunc mundum, vniusque Domini seruos esse, similiq̄ exiit : è vita migraturos, & si bene egerimus, ad vnam beatitudinem venturos nos esse ? Aut quare pauperes nobiscum non accipient cibum, qui nobiscum habentur sunt confortia Angelorum ? Cur non accipient à nobis vel veterem tunicam, qui pariter accepti sunt immortalitatis stolam ? Hæc attendentes fratres, ita pauperum caram gerite, vt vberimam in cælis mercedem recipiatis. Mendacium semper fugite : non enim minimum crimen est, dicens scriptura : Os quod mentitur, occidit animam : & testis falsus non erit impunitus. Et David ad Dominum : Perdes inquit, omnes, qui leuantur mendacium. Et Apostolus : Deponentes, inquit, mendacium, loquuntur veritatem vnuq̄ ille cum proximo suo. In hac ergo vita posui, sic vos comparate fratres, vt cum hinc migranteris, & caro vestra ceperit à veribus deonorari, anima ornata bonis operibus, cum sanctis omnibus laetur in cælo. Retrahat vos à malo vel ipse peccatorum interitus. Cogitate eorum, qui iam defecerunt, calamitates. Contemplamini dimitum sepulchrum, vel eorum, qui ante breve tempus vobis sum fuere, qui iam sunt, quid eis diuitiae & cupiditates scilicet iam proficiunt. Ecce nihil ex eis praeter cineres remansit : qui si loqui possent, hæc vobis proculabio dicent : Quid ita infelices propter mundi huius cupiditates discurrunt ? quid ita vos vitiis & criminibus obstringitis ? Considerata ossa nostra, vt vel sic horrificat, & displiceat cupiditas & infania vestra. Quod vos estis, nos sumus : quod nos sumus, vos eritis. Hæc, inquam, fratres, sollicita consideratione pensate, & considerantes expausecite.

Mors ob oculos perpe-  
tim statuerit, si neglexeritis. Si forte persuasum habetis, finem mundi procul absce-  
re, etiam si diutius expectat, ut vos corrigatis: tanto gravius vindica-  
bit, si neglexeritis. Ecce quam multi, dum viuant iucundissime, multaque in longum tempus moluntur, repente tol-  
luntur è medio, & ex improviso rapiuntur è corpore? Itaque beatus ille est, qui horam smpere habuit ob ocu-  
los, studiisque in ea paratus inueniri, ut posse tanti criminis expers esse. Scire enim debetis, fratres, cum ingenti me-  
tu magnisque doloribus animam separari à corpore. Veniunt enim Angeli, ut sustentent eam ad tribunal tremendi-  
tium iudiciorum.

**Opera nostra** dicis. Tum vero illa commemorans opera sua mala, quæ die nocteque gescit, misere contremiscit, cupit ea fugere, petique vel viuis horæ dilationem sibi dari. Ad hanc eius opera, dicuntque illi: Tua sumus, tu nos perpetrasti. Non proficisci te delerimus, sed tecum ibimus ad iudicis tribunal. Interim illa infelicitissima cum horrendo timore separatur a corpore, plena peccatis & summa ignominia. Secus est de anima iusti, quæ cum exit è corpore, non timet nec expascit: sed potius cum gaudio egreditur, & cum exultatione per gitad Deum, sanctis Angelis eam deducentibus. Illam ergo horam modo timeatis, fratres, ne tunc timere cogamini. Meminertis igitur vos ambulate in mediis laqueis diaboli: & idcirco semper parati sitis, vt cum Dominus iusserit vos exire, liberi ab omni labore peccati, ad quietem transeat. Nec arbitremini vos diu in hoc mundo mansuros: vbi enim Dominus iusserit, non licebit nequam

Hoc de val- nius horæ spatio in hac vita consistere. Cauete igitur, ne exitu vestro mœstrorem afferatis Angelis, & gaudium inimi-  
de iusti- cis. Scitote, cum anima ē corpore euellitur, eam aut pro bonis meritis statim in paradiſo colloſari, aut proper pec-  
impis di- cata continuo præcipitari in tartarum. Nunc igitur vnum ē duobus eligite, aut eternum gaudere cum fan&it, aut  
cuatur. fine cruciari cum impiis. Itaque vel pœna vos tercetate, si pœnia non incitat. Si mundum hunc necedum de-  
Medi inter his, qui col spicere potestis, quæ mundi sunt, iuste posidit. Qui in iuuentute errauit, vel feneſ resipicit, & malæ qua fecit, po-  
ligit ligas, intentia expiat. Ecce in dies deficit mundus, cuncta, quæ videntur, in ſtat ymbrae celeriter tranſiunt. Quæ olim præ-

nunciata sunt, iam perspicue videntur. Bona omnia subtrahuntur, & in dies crescunt mala. Nolite ergo diligere mundum, quem sic videtis ad finem tendere, præsertim cum Apostolus dicat, eum qui velit esse amicus seculi huius, Dei inimicum constitui. Vitam æternam medullitus concupiscit: ad eam properatis, vt semper vivatis, & nunquam mori timeatis. Si enim sic amat hanc miseram momentaneamque vitam, ubi cum tanto labore vivitis, & cursitando, fatigando, sudando, suspirando vix necessaria corpori acquirere potestis: quanto magis amanda vobis est illa vita æterna, ubi nullus labor est, ubi summa semper securitas, secura felicitas, felix libertas, libera beatitudo? Vbi, sicut Dominus ait, erimus similes Angelis Dei: & iusti fulgebunt sicut sol. Nulla ibi erit tristitia, nullus labor, nullus dolor, nullus timor, mors nulla, sed perpetua sanitas. Nulla illic existet malitia, nulla carnis miseria, nulla ægritudo, necessitas nulla: non fames, non sitis, non frigus, non æstus, non lastitudo, non vlla inimici tentatio: non peccandi libido, immo nec male agendi facultas: sed gaudium & lætitia omnia occupabit, hominesque Angelis sociati, fine villa carnis infirmitate perpetuo florebunt. Erit illic lætitia certa, requies secura, pax vera, iucunditas infinita. Ibi quicquid semel adepti erimus, nunquam amitteremus. Nihil illo loco magnificentius, nihil gloriosius, nihil illustrius, nihil pulchritius, nihil munificentius. Nihil illa bonitate syncerius, nihil illa abundantia copiosius. Ibi semper pax, & summa solennitas: ibi vera & certa felicitas. Ibi nullus erit metus hostis ferocissimi, qui semper cupit animosuigilare. Non timebuntur ignita iacula, nec vilæ tentationes eius. Non afferet terrorem barbarorum immanitas: nec vlla timebitur aduersitas, non ferrum, non ignis, non facies truculenta tortoris. Nemo illic vestimentoq; indiget, ubi nullus æstus, neque frigus ullum, nec villa actis intemperies. Nemo ibi sitit, nemo tristatur: nullus illic peregrinus est, sed omnes in patria se degere gloriabuntur. Non rebellabit aduersus spiritum caro: sed cum Angelis ineffabilis, Christo donante, premia percipient, quæ, vt Apostolus ait, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. En quale in ille perditurus est beatitudinem, qui modo se, dum licet, emendare non vult. *Cor. 2.*

Nosigitur, fratres, Domino nobis auxiliante, pro�us recusamus ultra seruire peccato, quibus tahta beatitudo præparatur in cælo. Dum tempus est, maturemus propitium nobis efficere Deum. Despiciamus terrena ut adipiscamur celestia. Cogitemus nos peregrinos esse in hoc sæculo, ut liberius festinemus ad patriam cælestem. Cogitemus, quæ confusio illa erit, cum in die iudicij contingat cuiquam propter peccata sua in conspectu Dei & hominum & Angelorum erubescere ac pudefieri: qui paucorū, eum tunc iratum videre, quem etiam tranquillum mens humana capere non potest.

Illum diem timeamus, quem præuidere non possumus: illum formidemus ingiter, vt vel sic actus nostros corriganus. Pensamus, quis timor tunc erit, cum de cælo Dominus ad iudicandum veniet, ad cuius conspectum cuncta elementa concutientur, cælum cum terra contremiscet, & virtutes celorum commouebuntur. Tunc canentibus Angelorum tubis, mortales vniuersi, boni & mali, momento temporis resurgent in iis corporibus, quæ hic habuerunt, adducenturque ad tribunal Christi, venientis cum virtute multa & maiestate, Angelis omnibus cum cantibus. Tunc plangent se omnes tribus terræ, ostenderque illis fixuras clauorum in corpore suo, quod propter nostras iniquitates vulneratum est, peccatoresque compellans, dicet: Ego te, homo, de limo terra formauī manibus meis, & in paradisi deliciis immergitus collocavi: sed tu me & ossa mea contemnisti, impostorem sequi maluisti. Vnde etiam iuste damnatus es. Sed tamen ego misertus tui, carnem assumpti, in terris inter peccatores habitauī, contumelias & verbena propter te pertuli: vt te ei perem a pœnis, colaphos & spuma tolerauī: vt tibi paradisi delicias rediderem, acetum felle mixtum bibi. Propter te spinis coronatus, crucifixus, lancea vulneratus sum. Propter te mortuus, & in sepulcro positus, ad inferna descendī, vt te ad paradisum reducerem. Agnosce ergo humana impietas, que tua causa perpessus sum. En clauorum vestigia, quibus ad Crucem affixus fui. Recepī in me dolores tuos, vt te lanarem: recepi pœnas, vt te gloria afficerem. Tuli mortem, vt tu sine fine viueres. Ecquid vero facere debui, & non feci? Dicite iam mihi, peccatores ingrati, quid passi sitis propter me, aut quid boni pro vobis ergeris. Ego cum essem inuisibilis, sponte propter vos in carnem natus sum: cum essem impassibilis, propter vos pati dignatus sum: cum essem diuines, propter vos egenus factus sum. Sed vos humilitatem meam & precepta mea semper respexitis: sed ueritatem, quam me scuti estis. Itaque nunc iustitia mea aliam sententiam ferre non potest, quam qualem merentur opera vestra. Quæ ergo vltro elegitis, ea nunc accipite. Contempsistis lucem: sint ergo vobis tenebrae. Amastis mortem, abire in perditionem. Secuti estis diabolum, ite cum illo in ignem æternum. Quis tunc, putamus, charissimi, iniqui, maior erit, quis luctus, quæ tristitia, quæ angustia, cum haec fuerit prolata aduersus impios sententia? O quan� aterbum tunc erit malis, separati à suauissimo sanctorum confortio. Traditi enim dæmonum potestati, ibunt cum corporibus suis in supplicium æternum. Procil relegati à beata cælestis paradisi patria, cruciabuntur sine fine in gehenna, nunquam lucem visuti, nullum vnguam refagerium habituri, sed per infinitas annorum myriades semper apud inferos pœnas horrendas daturi. Nec fatigabuntur vñquam, qui eos torquebunt: nec ipsi qui torquebuntur, pœnas in vñquam mori poterunt. Sicut enim ibi ignis depascit, ut tamen semper conseruet: sic tormenta se uiant, ut semper renewentur. Pro qualitate autem culparum, pœnas illic singuli sustinebunt. Auditur illic perpetuus planctus & stridor dentium: nulla misericordia erit consolatio, præter flamas & terrores pœnarum: ardebuntque sine fine cum dæmonibus in igne æterno in omnia secula seculorum.

Iustitiae ibunt in vitam æternam, in illa sine dubio carne, quam hic habuerunt, sociabunturque Angelis sanctis in regno Dei, semper in perficitur gaudis, nunquam iam morituri, nullam vñquam corruptionem passuri: sed perenni lætitia & suauitate Christi perfusi, fulgebunt sicut sol in claritate & gloria, quam præparauit Deus diligenteribus. Et quanto quisque in hac vita Deo fuit magis obediens, tanto illic vberiorem percipiet mercedem: quantoque amplius hic eum dilexit, tanto propius eum contemplabitur. Ecce charissimi, dixi iam vobis simpliciter, ut intelligere possitis, quæ bonis & malis eventura sint. Nemo iam se ignorantia tueri poterit, quandoquidem vita & mores, premia iustorum & supplicia impiorum, denunciata sunt vobis. Iam in vestra optione est & arbitrio, eligere quod teneatis. Quod enim quisque hic concupierit, id illic obtinebit. Vitam ergo æternam totis viribus concupiscite, nec emendationē vitæ procrastinetis: sed ob lucranda regna cælestia vltro ipsi relinqatis, quod tamen cum ipsa vita amittendum est. Surgat iam, obsecro, quicquid vitiorum catena adstricetus est, & a somno mortis evigil. Recurrat ad confessionem, agat penitentiam, nec erubescat publice iam agere, ob immunditias, quibus se foedauit: quia reuera multo melius est, hic ad breue tempus agere penitentiam, quam per infinita secula apud inferos cruciari. Si ex animo egerit penitentiam, cito illi succurret p̄mis redemptor, qui Lazarum quattiduanum & iam fore tem, fuscavit. Paratus est semper ille misericordia sinus, & clementer expectat, ut excipiat penitentes. Non debet quisquam, quantumvis magnis obstructis sceleribus, vñquam de Dei misericordia desperare. Ipse enim clamat per prophetam: *Ezech. 33.* Impietas impij non nocebit ei, in quaunque die conuerteret ab impietate sua. Itemque: Conuertimini, & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Et per alium: Ego sum, qui eleo iniquitates tuas. Et in Euangelio: Gaudium erit in cælo super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia. Itemque per Prophetam: Vnuo ego, dicit Dominus Dens, polo morte impij, sed ut conuertatur impius à via sua, & viuat. Animaduertit fratres, quam sit profusa & larga bonitas Dei

**Ezech. 18.33.** **Rom. 2.**  
**Eccl. 5.**  
**Hebr. 5.**

tas Dei nostri, quam ineffabilis misericordia eius. Quotidie contemnitur, & quotidie nos ad penitentiam benignissima pietate inuitat. Fidutiam nobis eius pia benignitas praestat, vt nec desperemus eius misericordiam, nec tamen absque penitentia fructibus veniam nos impetrasse praefidamus. Quam enim ille patris pietate indulgens semper & misericors est, tam iudicis maiestate severus & metuendus est. Aequissime iudicat, vnumquemque iuxta vias suas, & reddit vincuique iuxta opera eius, bona bonis, mala malis. Redite ergo, charissimi, in memoriam eorum, quae fecistis: & si peccasseis vos cognoscitis, sine villa dilatione ad penitentia remedium confite. Audite scripturam dicentem: Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictae disperdet te. Meminete semper, versari vos in conspectu omnipotentis Dei, cunctorum hominum non solum facta, sed etiam cogitationes insipientis. Non enim, vt ait Apostolus, villa creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius.

**Duratio ho-**  
**minum ma-**  
**lorum.**

Hæc ergo iugiter cogitantes, intentissima sollicitudine vos custodite, & ad extremum mundi diem studio bonorum operum semper vos preparate. Finis mundi iam propinquus est, & quod lugendum est, tot quotidie mala fiunt, tot calamitates existunt, vt per hæc ipsa mundus fine suum indicare & proclaimare videatur. En omnia, quæ Prophetæ & Apostoli prædixerunt, propemodum impleta iam sunt: dies iudicij & horrendus Antichristi aduentus restant. En bella alia super alia, tribulationes alia post alias, perpetua fames & pestis. Quid ergo adhuc tamen sumus lapideo & ferreō pectori, vt de animæ salute nec inter tot mala cogitemus? Diu est, quod Deus comminatur, sed nihil fletur hominum pertinacia. Cælestis iam olim intentatur ultio, nec villa hominum adhibetur satias factio. Dei ira propinquat, & tepide agitur penitentia. Testantur Prophetæ ventura supplicia, & raro ab hominibus diuinum imploratur auxilium. Quapropter moneo vos, dilecti filii, vt vel cum mundo deficiente, faciat omnis malitia, Deique totis viribus misericordia concilietur. Non nos diuinarum sarcinae ad terram depriment, quas haud dubio ocyus relinqueremus. Non putemus nos patriter & Christum habere & mundum. Itaque spredo mundo, ad cælum liberi festinemus. Veniat nobis in meum, quam grauia sint scelerata, quæ admisimus: quam dita inferorum supplicia, quæ timemus: & pro ratione culparum, penitentia medicina adhibeamus. Succurrat animo illud Apostoli dictum: Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quin nec auferre quid possumus. Nudi natu sumus, nudi etiam moriemur. Quicquid autem hic inuenimus, etiam hic relinqueremus. Sola opera bona, si ea fecerimus, nobiscum in cælum feremus: immo illa nos in cælum ferent. Itaque tanquam peregrini, rebus necessariis contenti, illas nobis diuinitas hic acquiramus, quas nobiscum ad paradisi patriam feramus. Deum super omnia diligamus: quia revera impium est, eum non diligi, cui vicem rependere non possumus: etiam cum diligimus. Quid enim nos impipi, qui Domino retrahere possumus pro omnibus, quæ ille tribuit nobis? qui nullis nostris præcedentibus meritis tanta nobis præstigit indignus, vt nos à ingle diræ damnationis redimeret. Descendit ille ad nos de sede paternæ maiestatis, iniurias in terris multas pertulit, probra mortemque innocens per pessus est. Et omnia quidem tulit patientissime, vt nobis humilitatis & penitentia exempla relinqueret. Vnde etiam ait: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenieris quietem animabus vestris.

**Oculos Dei**  
**omnia in-**  
**tuens, me-**  
**tuendus.**

Oporet igitur, vt quemadmodum ille propter nos, ita & nos aduersa omnia, quæ propter peccata nostra nobis eveniunt, & quoniam inter toleremus, vt patientia fructus in vita æterna capiamus. Virgeamus, fratres, cursum nostrum, dum tempus habemus: odamus hunc mundum, quem tamen diu tenere non possumus. Nulla nos malorum operum contagia polluant: sed oculis diuinæ maiestatis omnia in tuens, semper à peccatis nos retrahat. Si enim homines, nostri similes peccatores, & ex eodem luto formatos, ferre non possumus inspectores scelerum nostrorum: quanto magis æternum illum & omni potentem Dominum, in quem nullum potest cadere peccatum, timere ac revereri debemus? Eum ergo timeamus & reveremus perpetuo, sicutque nos spes vestra erigat, vt metus gehenæ semper sollicitos nos reddat. Ante omnia & super omnia charitati studeamus, vt nos pluribus locis scriptura diuina hortatur. Si caritas in nobis est, cunctæ virtutibus ornabitur. Si illa caremus, per quicquid boni habere videmur. Nec in arte proposito lassitudinem vnam, praesertim cum Dominus cum, qui miserit manum suam ad ararum, & respiciat retro, afficit non esse aptum regno Dei. Respicit autem retro, quem penitet boni propo-  
**Luc. 9.**  
**Regio respi-**  
**cere quid sit**

siti, & qui terrenis rursus desiderii implicatur. Dum licet, castigemus nos, & factorum nostrorum à nobis rationes reposcamus, coram iudice nostro nos accusemus, nec vita emendationem ad extremum diem differamus: sed quoties labimur in peccata, per patientiam noster resurgimus, totisque viribus prauitates carnis que illecebras proteramus. Semper enim ad mortem proprius accedimus, & dum nos securos putamus, repente illa extinguet nos. Tendimus alacriter ad illam beatitudinem, in qua sancti omnes videre nos desiderant, & Christus Rex cælestis & spiritus angelici expansis charitatibus brachis nos expectant. Hæc nos, charissimi, tanquam lac vobis proposuimus: & sub testimonio Dei & sanctorum Angelorum, qui nos loquentes audiunt, perfundit sumus officio nostro, cælestia vobis præcepta tradentes. Vestrum iam est curare, vt admonitio nostra suum habeat salutis effectum: & vt semper voluntatem Dei facientes, ab omni vos malo custodiatis: atque tanquam ab omni peccati contagione liberi, ad regna cælestia tripudiantes peruenire possitis: Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

**Frequens**  
**conclusio**  
**concionis**  
**fue.**

Hæc cunctum atque summum de sancti viri concionibus narrasse sufficiat: quæ ille quidem non hoc ordine, vt à nobis com- XVII, memorata sunt, in singulis concionibus proponere solebat, sed diuersis temporibus. Tandem autem hæc inferebas: Hæc vos, fratres, si seruaueritis, habebitis primum: si neglexeritis, supplicia perferetis. Nam quod ad me attinet, ego meam coram Deo liberaui conscientiam, testesque in uoco cælam & terram, exhibuisse me vobis debitum ministerium, vitamque & mortem annunciasse. Id autem vobis nunc affermo, si quidem spreueritis verba mea, & per contemptum ea audire nolueritis, vbi venero ad redemptorem meum, accumulatum me pertinaciam & peruicaciam vestram, palamque testatur vos semper voluntati maligni dæmonis potius, quam Christi, obediuitis. Et tunc revera indignantia iudice, exactiori trademini, dabitisque pœnas sine fine, donec nonissimum quadrantem perfoliatis. Hæc tamen sunt, quæ beatus El' gius summo studio ex locupletissimo peritioris sui thesauro plebi depromere solebat: Interim nihilominus alia multa his similia quotidie exhortans, populo euangelizabat. O vere copiosum vas, quod tam affluenter ministrabat plebi ad ipsum fumentum Christi, latitudinem olei & lobriam vini ebrietatem. O vere gloriosum virum, eximium Dei amarorem, qui ut pastor bonus fatigebat strenue vagabundos reuocare, confactos alligare, errantes ad paradisi caulas reducere. Cuius bona & simplex doctrina redolent proculdubio Prophetas, sapientes Apostolos, imitatur Euangelistas. Cuius sermo non aliud apud suos fuit, quam de regno Dei, de delictis paradisi, de gehenæ suppliciis, de iustitia, fide & charitate, de contemnendis mundi illecebris & obiectamentis, & vt soli Deo totis viribus seruendum sit. Dicere autem solebat illud Apostoli: Non quæto quæ vestra sunt, sed vos. Sciebat dictum à Iacob Apostolo: Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ sua. Saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum. Sed nunc tandem ad vita eius ordinem reueitamur.

VIR quidam in Parisiensi suburbio haud procul à basilica beati Petri Apostolorum principis morabatur, XVII quem & Eligius ob fidem & devotionem eius amat familiariter, quique Eligium pro sanctitatis eius reuerentia v-

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

23

nice diligeret. Contigit autem, ut quandoque Eligius prædia monasterij sui inuiseret, ac deinde Lutetiam redire volens, eminus ab hoc viro, conspiceretur. Ut ergo aduertit ille, Eligium non longe à domo sua habere iter, accursus ob siam, osculatur eius genua, orat ut cum comitibus velit diuenter ad domum ipsius, & biberet paullum vini, quod in vase remanserat. Recusat Eligius: sed tandem vix precibus suorum vietus, abiit ad domum illius. Habebat autem in cellario suo vas vinarium, in quo parum vini relictum era. Quod offerens beato viro, orat obnoxie, ut inde vel parum bibat. Satis facit ille homini, & per parum bibit: sed comites eius omnes bene largiter bibent. Deinde cum bene precatus esset domui illius, valedixit ei, & recessit ad monasterium suum, quod intra viam Parisensem erat. Eo abeunte, vas illud pene exhaustum, diuino munere totum impletum est vino. Altera luce vir ille casu ingressus in cellarium, cernit vas omnino plenum. Obstupescit igitur ad rei nouitatem: sed mox recordatus sanctitatis Eligii, ocyus se confert ad eum, indicat quid beneficij propter eum Dominus sibi contulerit. Eligius id audiens, agit gratias Deo, orat hominem, ne rem cuiquam aperiat, sed cum gratiarum actione vtratur Dei beneficio. Ille autem orat vitrum sanctum, ut veniat secum, & benedictionem suam impetrat vino illi, & vtendum ex vase proferat. Quod ni faciat, protestatur se ne vnam quidem guttam eius vini vñquam hausturum. Sanctus Eligius videns hominis devotionem, ut cum illo, veniensque in aedes eius, humi se prostravit, orans diutissime. Inde suis gens, ut vidit vas plenum, iubet vinum ex illo promi: ex quo parum ille gustauit, catena laugillimosa accepere haustus. Tum ille oculis manibusque in celum porrectis, gratias agens & laudans Deum, abscessit.

Vas vinarium  
pene vacuum,  
vino imple-  
tum dicitur.

XIX. Non mihi silendum videretur illud, quod possit multis afferre metum, ne sint ausi procacibus verbis in sanctos viros incurrere, nisi velint similia experiri. Quidam è familiaribus Ebroini, homo infastus, nimium que proterus, multo tempore conabatur sylam longe optimam ecclesiae beati Eligii eripere, & in suum ius transferte: crebro ea causa veniens ad illum, & procaciter eum lacefens. Quodam autem die in multa hominum frequentia etiam violenter sylam illam ab eo extorquere voluit. Eligio autem modeste & comiter respondente, ille magis etiam petulantem cepit virum Dei infestare. Sed neque sic Eligius quicquam de sua patientia remittens, blandis verbis ait ad eum: Amice, iniice frenos cupiditati tuae. Cur non erubescis tam cæca mente rem alienam appetere? Si peteres quæ mea sunt, darem forsitan tibi. At nunc quando non meam, sed ecclesiæ rem expetis, proflus noueris me minime tibi donaturum, & pauperum necessariis vñibus delegatum est. His ille acris stimulatus, minitabundus ait ad eū: Si mihi vñlro non dedetis, ego vi tollam. Tum Eligius commotus, seuerio vultu dixit ei: Nouit creator meus, nisi cito mutauerit sententiam, dignam meritis tuis excommunicationem in te prolatum iri. Ille id audiens, mire cachinnari cepit, multaque in virum Dei probra conuiciaque iactare. Cernens ergo Eligius eum nulla ratione posse compesci, dextera manu extensa, excommunicationis fulmen in eum terribiliter vibravit. Mox præpotens Dei ira eius sententiam prosequens, ita perculit virum, ut viribus omnino destitutus, mortuo similis videretur: & simulataque Eligius ore protulit verba, humi collaboretur, cuncte que eum animam expirasse putarent. Mirabantur omnes Eligij iniuriam tam cito vindicasse Deum, orabantque sanctum virum, ut pro misero Dominum de precatetur. Quod vtrum fecerit, incompetum habemus. Id sane admiramus, tantam vim habuisse sermonem eius, ut sine vñlo iētu replete superbū deuiceret. Simul aduertimus, quam charus fuerit Deo, ut qui sententiam eius tam perspicue sua vltione confirmaret.

Dilectabi-  
lis res cupi-  
ditas.

XX. CVM aliquando dies natalitus beati Petri Apostoli hanc procul Nouiomensi oppido in vico quodam celebretur, beatus Eligius illic suo more constantissime prædicabat vbi vñbus Dei, dicebatque profligandos & exterminandos esse cunctos dæmonum ludos, & nefandas saltationes atque choreas, vanas quoque & impias superstitiones. Sed ea vñba præcipi quidam eius loci habitatores indignissime ferabant, quod legimas, ut ipsi putabant, consuetudines eorum abolere vellent. Tractarunt tunc quidam impij inter se, per se furentur. Erchonaldi, qui erat palatio præfectus, de nece S. Eligio afferenda, si pergeret ipsorum nugas in se etari. Quod vbi ille competit, martyrij incensus desiderio, uno duntaxat diacono & duobus clericis sibi adiunctis, reliqui domi manere iussis, ocyus eo profectus est, & per medias turbas transiens, in edito quodam loco ante basilicam maiori instantia concionabatur, actriter obiurgans illos, quod spretis salutaribus monitis, usque adeo dæmonum ludibriis dediti essent. Iis verbis admodum commoti, conuiciis & contumeliis eum proscindebant, mortem ei minitantes, atque dicentes: Nunquam tu Romane, licet crebro eas taxes, noſt, as poteris abrogare consuetudines: sed eas nos mordicus retinebimus, nec ullus mortalium tollet nobis gratissimos ludos. Tum ille nihil se proficeret cernens, rei indignitate permotus, Dominum Iesum totum pectora orauit, ut permitteret homines improbos, qui tam audacter contra eius p[ro]cepta venirent, & dæmonibus petulantem obsequerentur, ab iis ipsiis obliteri, ut vel sic cognoscerent, quorum operibus Homines delectarentur, & homines fideles propensius laude & prædicatione ipsius Christi nomen effarent, Dicit, & confessum permulti, iij præsertim qui manus ei iniicerat moliebantur, à dæmonibus arrepti, multis modis debacchari coepit. Ea re valde territi omnes, qui aderant, ad hominis Dei vestigia abiiciebant, veriti ne similia paterentur: promittebantque se dictis eius omnibus audientes fore. Ad quos vir beatus: Ne timueritis, inquit, sed iustum Dei iudicium laudate, dignum est enim, ut qui eius iusta contemnunt, ad tempus illis traditi, quos amant, sentiant magistros suos, quos colunt. Vos autem, si Christi p[ro]ceptis libenter parere vultis nihil timeatis hos latrunculos. Multis autem rogantibus, ut pro eis Dominum deprecaretur, Sinite, inquit, reip[ro]ta experiri illos, quibus ha[ec]enus morem gesserint. Arque ita illo anno usque ad anniversarium eius solennitatis diem, manerunt illi obsecuti à dæmonibus. In ipsa autem solennitate iussi eos omnes exhiberi palam, portigenisque eis aquam benedicāt, illico curauit illos. Erant sane homines amplius quinquaginta. Cumque eos probe instituerat, & grauiter obiurgasset, sanos a se dimisit.

Magno mat-

inibus vo-

cat Ercom-

baldum.

XXI. CVM aliquando visitaret dictcem suam, ut solent Episcopi, quadam ex causa interdixit, ne Cursus, id est, preces Canonicae, & sacrificium celebrarentur in basilica quadam, donec ipse uberet. Erat illic presbiter quidam fibi male concius, ob cuius culpam id fecerat beatus Episcopus. Is paruipendens eius sententiam, cum procul illum recessisse arbitraretur, campanam hora statuta, ut moris erat, pulsare ceperit. Sed ut eius temeritas reprimetur, campana rationis expers, beato viro obtemperans, nullum sonum reddit. Perstit ille trahendo restim campanæ, sed sonum exprimere non potuit. Itaque egressus è basilica, omnibus rem exponit. Tum quidam ex eis memores, quid iussi fuerit beatus Eligius, propere illum sequuntur, orant ut bona ipsius venia liceat diuina celebrate officia. Sed ille, tametsi erat clemens & benignus, noluit tam facile relaxare sententiam suam, nisi p[ro]cederet satisfactio. Interim triduum labitur, & presbiter saepe frustra tentat elicere è campana sonum. Tandem c[on]statum & seniorum f[est]us precibus, cum penitentia satisfactio accederet, solo verbo beatus vir conciliauit locum, & mox campana sonum B. viii. edidit, ut prius consueuerat.

Nota de cä-

p[ro]na insig-

ne miraculig-

XXII. QVANDO Q[ui] V[er]E iter necessarium suscipiens, peruenit ad locum quendam proprium qui in Compendio, regali palatio. Fessus ex itinere, diuertit in agrum cuiusdam coloni, ubi erat arbor nucibus onusta, è quibus ministri eius, illo in diuersorio manente, quasdam decerpserunt. Accurrit ocyus arboris dominus procaciter improperans nuces sibi eripi. Id vbi competit beatus Eligius, vocat ad se virum, & blande ac comiter illum appellans, orat ne propter paucas nuces, cum plurimæ illi reliqua essent, tantas turbas cœat: ait se pro nucibus ablatis li-

berat.

*Matt. 21.**Nota mita-  
culum.  
Ioan. 14.**Magna eius  
in dñm non  
potest.**Hominem  
ab ipso mor-  
tis aditum re-  
uocat ad vi-  
tam incolu-  
mem.  
Diaconus  
ager cura-  
tur.**Nota terri-  
ble Dei iu-  
dicium, in  
presbyterū  
accusat.**Visio S. Eli-  
gi.**Diuinitus  
peccutitur  
prefectus  
palatio.**Prædictus  
Flauaudi ty-  
mai morte.**Reuelatur  
ei mors Epi-  
scopi. Emo-  
nicensis.  
Odit mu-  
sica vita  
sanctus.**Visio eius.*

beraliter satis facturum. Sed ille tumido animo bonitatem eius spernens, asperis in eum verbis inuochatur, eadem saepius iterans. Tum vir Dei animo mutato, famulos quidem, quod id fecissent, acriter obiurgat, homini illi tres aureos numerari iubet: sed ad arborem conuersus, ut olim Salvator noster ad ficalteam, ira ait: Quandoquidem adeo tua causa infestamur, nunquam deinceps ex te fructus nascatur in æternum. Confestim ad vocem eius arbor exaruit, hodieque sic perseuerat. Tenebat fide plenissima illam Domini sententiam, Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: atque ita cum fiducia impetravit arbori, Dominicum, ut diximus, fecutus exemplum.

In feriis beati Martini Episcopi quandoque more suo inter missarum solennia post Euangelij lectionem ad XXIII. populum vir sanctus concionabatur: sed eius vocem amplius duodecim dæmoniaci, in templo debacantes, valde inturbabant. Tum ille porrecta in eos manu, præcepit in nomine Iesu Christi, ut dum ipse concionaretur, nemmo illorum mutare auls esset. Parent illico: nec solum clamor omnis conquiescit, sed etiam plerique dæmones, non ferentes vim verborum eius, relicti illis, quos obsidebant, pudefacti augebant.

**QVIDAM ex famulis eius, Ermensindus nomine, pessimo laborabat morbo, diroque & intolerabilis pressus XXIV.** dolore, vix spiritum trahebat. Volebat tum Eligius aliquo proficisci. Ille vero miser, non verbo, sed nutra obsecrat, ut prius se velit inuiscere. Venit Eligius ad eum: duriter obiurgat, quod ob culpas suas ex eo peccatore non egerit penitentiam. Illo autem pene iam efflante animam, & non verbis, sed lachrymis & altis suspiris satisfaciens, beatus Eligius, ut erat certe valde humanus erga familiam suam, permotus misericordia, præcepit ei, ut in nomine Iesu Chitit sine mora surgar sanus, secundumque proficiscatur. Puncto temporis fugit dolor omnis: furgit horro, cunctis mirantibus, incolumis: exilientisque abit cum Episcopo. Diaconus quidam immani lateris dolore multos dies cruciatus, morbo crescente, toto pene corpore tabescet. Eius latus & artus ut sancta manu vir Dei contrectauit, certe curatus est.

**QVIDAM ex presbytero diœcesis eius pessime apud vicinos audiebat.** Eum Eligius crebro verbis castigans, ad XXV. sanitatem reuocate non potuit. Cumque mala eius fama latius serperet, beatus vir tam ne fanda audire amplius non sustinens, acerbitum ad se, percontatur de crimine, quod fama vulgisset, comiter hortatur ad emendationem & confessionem. Ille procul negat se illud admisisse flagitium, audiaturque pergit excusare se, videlicet plus hominem, quam diuinam vltionem, reformans. Eligius tentiens nulla via adduci eum posse ad confessionem, ferit eum anathemate, ut sic publice agat penitentiam, nec ausus sit ad altare sacrificaturus accedere. Addit minas, si id faciat, se seuerius in eum animaduertitur. At ille abscedens, eiusque minas floccipendens, pergit more suo viuere dissolute, atque post paucos dies, neglecta beati Episcopi excommunicatione, ad altare sacrificium oblaturus, non veretur accedere. Cumque primas altaris partes intrepidus artingeret, mox diuinus percussus, & magno impetu humili prostratus, expiravit. Ea re factum est, ut beati viri indignatio magno omnibus terrori esset: dictaque eius, oracula instar haberentur. Vbi autem ille comperit tam horrendam hominis mortem, valde eum luxit, multisq; male viuentibus, ut se corrigerent, eius casum propositus. Tanta autem animi eius puritas erat, cunctisque virtutibus adeo florebat, hymnis & precibus sedule vacans, ut etiam futura longe ante prediceret.

**ROGAVIT** eum aliquando Erchonoldus, praefectus palatio, ut cum ipso longius proficeretur. At ille XXVI. multa secum reputans, nolebat ire cum eo: sed tamen coactus a senioribus & Abbatibus ciuitatis sua, verentibus nenti viri animum offenderet, ita palam dixit: Quid necesse est, fratres, ut tanta nos afficiatis molestia? Evidem non ui, quod vos ignoratis, si cum illo ierimus, male id cessurum. Ille enim hinc quidem exit, sed ibi morietur. Iuit tamen cum illo: ventum est ad locum definitum. Cumque illic nocte quadam, alius dormientibus, casu beatus Eligius foras egressus obambularet, & de psalmis nescio quid secum volueret, subito vidit columnam ignis e celo descendere, & magna vi cubiculum Erchonoldi penetrasse. Reitaque euentum tacite secum considerans, interitu bestie illius diaconi suo, qui forte solus tum ei aderat, indicauit. Mox autem diuinitus percussus Erchonoldus, sentiens magno ardore cruciati viscera sua, iubet ocyus ad se introduci Eligium. Venit Eligius, videt hominem magnis correptum angoribus, hortatur eum, ut quando iam desperat se victurum, vel moriturus faciat, quod viuens noluisset: videlicet ut loculos multos auro tumentes, quos equi vchebant, pauperibus quamprimum eroget pro refigerio anima sua: Id solum profuturum ei afferens: nocitura vero, que in thesauris esset relieturus. Sed ille ut rapax, ita etiam tenax, dum moras necit, repente extreum efflat anhelitum. Corpus eius, misericordia motus, Eligius secum absportauit & tradidit sepulturæ.

**FLAVAUDVS** tyrannus crudelissimus Vvilibaudum Christianissimum virum, Burgundia patritium, immo XXVII. rentem occidit. Id ubi ad aures beati Eligii perlatum est, ille narrantibus ait: Vos quidem dicitis Vvilibaudum casum, Flauadum in columem. At ego illum, quem vos interfecistum dicitis, pro eximiis meritis aio nunc in celis melius vivere: Flauadum vero, quem vos gratulabundi afferitis vita frui, breui male peritum. Vvilibaudus, inquam, verus Deicitor, mortuus quidem videtur, sed sine fine vitam viuet beatissimam: Flauadus vero, qui diu vietur putatur, intra hos decem dies, vt dignus est, male morietur. Post dies septem de improviso Flauadus percussus, mitem excessit e vita.

**PERMVLTA** alia, cum iam Episcopus esset, prædixit. Quinetiam adhuc laicus futura annunciauit. Nocte XXVIII. quadam post absolutas ex more preces, paululum se ad quiescendum componens, in ox in somnis visus est res admodum serias agere. Excitatus ergo a clericis, & interrogatus quid vidisset, sic respondit: Simplicius Lemouicum Episcopus nuper obiit, & Felix ei successor, mittit nuncios ad nos, ut ei nostram operam nauemus. Cum illis ego iam loquebar: & certe breui hic aderunt. Dixit, & reddit se quieti. Inde sub lucem nunc illi pulsant foras eius: iis apertis ingrediuntur, indicant Episcopum mortem, afferunt multam peccuniam, missam a Felice, ut ei ad obtinendum Episcopatum esset adiunctio: sed Eligio persuaduit nulla ratione possunt, ut quicquam eius attingat. At tamen ingens sus principem, gratis impertrahit, quicquid illi petebant, sicutque eos a se dimisit.

**ABBAS** Domnulus quandoque venit ad eum, & aliquandiu habet apud illum. Quadam igitur nocte post XXIX. quietem clam ad se accito illi ait: Tu hic securus degis, sed monasterium tuum magno inimici impulsu quatitur & exagitatur. Vidi enim in visione flumen ingens in illud multa inferi, & quedam adficia pro rursus subuertere. Quamobrem perge, quælo, nisi onerosum est, & vide num fratres tui recte habeant. Confestim Abbas, sollicitudine anxius, iter capelit: & priusquam ingredieretur in monasterium, nunciantur ei, duodecim fere monachos dæmonum instinctu e monasterio clam aufugisse. Tum ille non sine admiratione reminiscens, quid ab Eligio audisset, diuinam in illo gratiam suspiciebat: mox abiit quæsum fratres illos profugos: & quosdam quidem reduxit ad monasterium: alios vero, quod longius recessissent comprehendere non potuit.

**CVM** aliquando monasterium suum Lemouicense vir sanctus visitasset, & in reditu in Biturigum urbem versus XXX. nisset, voluit Euerigis lum inclusum videre, cuius tum erat celebris apud Bituriges opinio. Sed ille propositi sui plus ex quo tenax faciem suam beato viro ostendere voluit, non nisi per tenseram operam cum illo colloquens. Paucis igitur vltro, citroque habitis sermonibus, Eligius ei valedicitur, iam quidem, inquit, te hic frater videre non potui, sed corse

sed certe breui in aula Regis Clipiaci visurus sum. Illo constanter assuerante nunquam id futurum, Eligius rursus Prædicti E-  
uergilio,  
quod ille  
nunquam  
putasset fu-  
tutum.

aut: Vera me dicere tum cognosces, cum loco memorato coram principibus & populo ego palam te visurus sum. Non diu post talis se casus obtulit, qui eum necessario cogeret Regis palatium adire, vbi ab Eligio honorifice exceptus est, qui eo tum quoque aduenerat. Porro inter familiaria colloquia ciuiliter admodum & comiter atque permanenter ab eo reprehensus, deinde confeſto negocio suo, Bituriges reuersus est.

**XXXI.** **M**VLTA alia in colloquiis familiaribus prædictis, puta mortem Ariberti Regis, itemque Dagoberti incliti principis, natuitatem Clotarii iunioris: qui cum adhuc matis vtero gestaretur, & Regina valde solicita timeret se feminam parturam in regni detrimentum: Eligius venit ad eam, & iucundissime eam appellans, ait coram omnibus, misculum prolem edituram, seque è baptismo eam suscepturn. Nomen etiam neendum nato tum imposuit, Clotarii eum vocans. Præter quem alios duos eadem Reg na peperit: qui cum adhuc paruuli essent, & Rex atque Regina pacifice & amanter viſtarent, talis Eligio oblati viſto est: Adspiciebam, inquit, in visione noctis sonacuturam, Visio eius. Cumque insolens prodigium intente contemplarer, video repente ceu dimidiā oriri lunam, tribus in orbem vallatam stellis, eaque via ir gredi, qua solet quotidie sol recurrens. Ecce autem dum hic quoq; attonitus defigo obtutus, mox stellis manentibus, luna euaneſcit. Deinde illas tres accurate considerans stellas, ad horam pene meridianam video eos accedere, viciſſimque suis se radiis cædere, & eam, quæ inter eas præstantior erat, de improviso non apparere. Cumque diu reliqua inter se coniungi videbantur, dicto citius altera earum obscurata & sublata, vna sola remansit, eaque recto tramite solis cursum imitanſ, magno tandem lumine aucta est: quanto ad Occidentem magis ferebatur, tanto eius lux copiosius propagabatur. Porro vbi ad ultimum peruenit occubitum, tantam vim luminis ex se diffudit, vt solis splendorem vincere videtur. Huius autem viſonis hæc est interpretatio. Defuncto Clodoueo Rege, qui sine dubio breui desinet esse in Visione eius interpretatio. humanis, aliquandiu Regina coniunx eius cum tribus filiolis Francorum regnum obtinebit. Illa autem sublata, & filii in regno relēcti, unus ex iis cadet: nec diu post alter quoque è duobus, regno priuabitur. Tertius vero solus obtinebit monarchiam, eritque eius magna gloria & potentia. Hucusque Eligius. Nos vero dubitare non debemus ita fore, vt prædictis, cum iam nonnulla impleta videamus. Nam & Clodoueus Rex intra breve tempus in pace obiit, & Regina coniunx cum tribus parvulis ad paucos annos regnans, filii postea reliqui principatum. Paucis interim labentibus annis, maior natu dūm pacificus regnat, excedit è viuis, duobus relēctis attributus: de quibus quid futurum sit, solus Deus nouit. Hæc alia que complura, quæ referre longam sit, s̄pē prænunciare solebat Eligius.

**XXXII.** **I**NTER alia diuina charismata, ferme quoque sapientia & scientia atque consolationis multus ei collatus erat. Humilitas autem & caritas admirabilis & plane eximia ei inerat. In honore non præferebat diuitem pauperi, aut nobiles & potentes abiecit & vilibus: sed illis severiore, istis blandiore se exhibebat. Famulos suos non affligebat, vt solent domini seruos, sed tanquam fratres humaniter diligebat. Iam vero in tolerandi barbaris quanta comitas, patientia quanta? Non cessabat infideles suadendo ad fidem traducere, ingratos officiis lenire, contradicentibus leuite respondere, superbos humiliter tolerare. Ad quævis dura & aduersa perfecunda fortis, ad iniuriam omnam placidus, ad misericordiam facilis erat. Dicere solebat, res suas non suas esse, sed pauperum: quorum sane pauperum: procurator egredius fuit, omnia sua liberaliter illis impertiens, in cælis condens thesauros, vbi se sperabat feliciter si est egregius procurator. ne sine vita sum. Erat fide firmus, opere iustus, iudicio circumspectus, deuotione præcipius, moribus suauissimus, sensu dulcissimus, animo tranquillus, corde piissimus. Semper seruabat in factis sinceritatem, in corde puritatem, in actione virtutem, in moribus disciplinam. Exhibebat in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, in humiliata modestiam, in adhortatione diligentiam, in adiuuandis laborantibus vigilantiam, in fouendis pauperibus misericordiam, in defendendis Catholicæ Ecclesiæ dogmatibus constantiam. Sermo eius semper comitate, & chritate conditus erat, quo mentes audientium tanquam luminare radiantissimum illustrabat. O vere imitandum vicum, ô semen Abrahæ benedictum, ô proponenda omnibus Eligij exempla. Iure Abrahæ filius dicitur, non genere, sed fide: non progenie, sed imitatione: non stirpe, sed deuotione. Abrahæ benedictio dedit filium: Eligius vero benedictus, transit in numerum filiorum. Abraham Domino obtulit filium: Eligius munus præstantissimum obtulit seipsum. Et Abraham quidem dedit hæredem, Eligius hæreditatem: ille innocentem filium, hic omnem substantiam suam. Consequens inde fit, vt similitudo officiorum paria efficiat merita. Denique Abraham obtulit id, quod habuit: Eligius quicquid in mundo habere potuit, Domino dedicauit. Sed haec tenus quidem, eti parum eleganter, tamen prolix, de beati viri vita diximus, quamquam longe minus, quam pro meritis & dignitate illius. Superest nunc, vt pro ædificatione multorum, eius è vita deceſsum commoremus.

**XXXIII.** **C**V M ergo beatus Eligius omnia mundi huius aduersa multiplicesque labores diu fortiter tolerasset, innumeram misericordiae & benignitatis officia præstisset, optima viuendi exempla de se præbuisset, captiuos plurimos & prope innumerabiles redemisset, magnos monachorum & monacharum greges Domino collegisset, incredibilem elemosynatum copiam in pauperes contulisset, & ingentes sibi meritorum thesauros coacernalset, annos iam natus amplius septuaginta, sentiens imminentem dissolutionem corporis sui, quodam die cum discipulis suis in Noviomensi oppido deambulabat, atque interim casu eminus conficiens in fronte basilica beati Medardi parietem nonnihil disruptum, ruinam minari: ocyus iussit accisi artificem, qui parietem communirer. Dicentibus autem discipulis, vt opportunum tempus sustineret, quo & facilius & durabilius reparari posset, ille respondit: Immo iam fiat: nam aliqui Eligio superstite non fiet. Illo vero sermone mite omnes consernati, gemebundi dixerunt ad eum: Non contingat, domine, nobis famulis tuis videre, quod dicis: sed potius ad Ecclesiæ suæ ornamentum & pauperum leuæmetum, Christus tuam beatitudinem in multis annos florere velit. Tum ille, sublati suppliciter in cælum oculis, ab ipso pectori longa trahens suspitia, Non nostra, inquit, sed Domini voluntas fiat de me. Exigit sane ipsa naturæ conditione, vt post longa vitæ huius oblectamenta tandem eamus ad veniam. Sed & vobis expedit, vt à dinâ voluntate, quam impedit non potestis, minime discrepetis: sine dubio enim præfinitum tempus nunc adest. Omnibus igitur valde merebentibus, rursus ait: Nolite, filioli, dolere hoc nomine, sed potius gratulamini mihi. Hoc tempus enim iam olim ego desiderabam, iam pridem hanc mihi missionem post longas vitæ huius ærumnas fieri peroptau. Verum illis gementibus, & tamen quadam adhuc ambiguate hærentibus, illa tum colloquia intermissa sunt. Sed statim leui beatus vir febre laborare cœpit, certiusque iam edocet de obitu suo, iubet conuocari omnes ministros suos, quos ipse multo tempore & aluerat & instituerat, iisque denunciat finem viræ suæ iam impendere, atque vt semper conseruerat, inter cetera hortatur eos ad seruandam pacem mutuam, ad charitatem vel maxime colendam, vt quæ sit virtutis & cōcordiae vinculum. Deinde euocato Baldredo Tornacensis Ecclesiæ Abbate, sic ait: Ego, frater, quod certissime futurū scio, te celatū nolo. Evidē iam sum abiturus à vita: te vero admoneo, ne vñquā velis Turones redire: sed mane hic apud fratres tuos. Quod si fecus feceris, iam ante tibi prædicto, viuū te inde nō redditū. Quod quidē sic accidit. Baldredus enim post obitū beati viri sine dilatione Turones petiit: sed post dies nō multos, turba in eū irrueſte, valde cœſus, & tādē interfecitus est. Cū sic aut, vt dicere cœpi, vir beatus egrotaret, & morbus ad quinq; vel sex dies ita ē infestaret, vt ipse tamē interim scipio in innixus obambularet, morbiq; dissimularet: nō cessabat ab opere Dei bonam

M<sup>r</sup>abilis  
feruor spiritu-  
tus eius.

Vt rima eius  
adhortatio.

Dolent se a  
suo patre  
diu illi di-  
lēctipil eius.

Rom. 2.

Orat Do-  
minum pro  
idoneo luc-  
cescere.

Luc. 2.  
I. b. 10.  
P. 1. 142.

Anno 665.  
f. lassifime  
exitē cor-  
pore. Sigeb.  
in chro. &  
Baron. hoc  
anno. vide  
Meyerum  
lib. 1. annal.  
Eland.

bonam eam virtutum suarum coronidem fore sperans, si ad extrema usque perduceret id, quod per longa vitæ spa-  
tia constanter retinuerit. Perno enim in vigiliis & orationibus, membra lalescentia spiritui seruire cogebat, & iam  
mente quodammodo in calis degens, optatum iter latissimum exspectabat. Sentiens autem iam appropinquare feli-  
cissima migrationis diem, pridie Calendas Decembritis congregatis famulis & discipulis suis, sic loquutus  
est: Vtiam, dilectissimi, paruitatis meæ atidite sententiam, & vos amantis supra verba gratis animis accipite.  
Simili amoris vicem rependitis, mandata præpotentis Dei seruate: Iesum semper suspirate, præcepta eius vestris a-  
nimis affigit, eius nomen, ita ut rego, amate: incertum vitæ lubrica occasum ob oculos perpetuum habete, Deitre-  
menda iudicium nunquam non formidate. Ego iam ingredior viam vniuersitatis carnis. Itaque me post hac habituri hic  
non es. Ego autem certe cupio dissolui, & si Dominus sic vsum est, ire ad requiem. His dictis, cum omnes flerent  
& cūlarent, singulatim euocatis ille vernacula suis indicauit præstantissima monasteria, ad quæ ipso defuncto con-  
ferre se deberent, atque eis: Ecce hodie in manus vestras commendo salutem animarum vestrarum. Mementote  
admonitionum mearum, & iam singuli de vobisipsis cogitate. Eligius enim migrat, nec deinceps in hoc seculo erit  
vobiscum. Tum vero omnes, qui aderant, enīm ingenti rugitu, singultibus vocem interrumpentibus, ita dixerunt:  
Cui nos, pater, relinquis? quid ita cito à nobis recedis? Cui orbatus triads alumnus tuus, aut cui, pastor optime, gre-  
gem, quem ex gentibus congregasti, fouendum committis? Scimus quidem iam oī: flagrare te Chluti desiderio,  
fidelitas tibi manent præmia tua: nec si diutius hic eris, illa minuentur, immo auēta potius in dies cumulabuntur.  
Si ergo fieri potest, dffer exiitum: ne ille nobis omnibus afferat exiitum. Non te cogit migrare atas: nostri, pater,  
mitte, cire, quos deferis. Aut si omnino placet exire, nos habeto itineris comites. Nobis enim præstabilius est tecum  
morti, q. iam sine te vivere. Absentiam tuam ferre non possumus. Neque enim habebimus similem tui. Hæc atque a-  
lia illi dicentibus, vir piissimus vbertim flebat, lachrymis clementissimum eius animum satis testantibus. Gaudebat  
se vocati à Domino, dolebat illos destitui. Incitabat pietas, ne eos desereret: Christi desiderium impellebat, ne diu-  
tius ab illo se separari pateretur: quem ardentissime sitiebat, & oculis interioribus tota mente complectebatur.  
Tandem inter ipsas lachrymas ita rursus eos compellat: Facias miseror, nec mihi, quæsio, fleret vestro molestiam af-  
feratis. De recessu meo, si sapitis, gaudere vos potius conuenit, quam lugere, etiæ enim corpore absenserem, spiritu ta-  
men melius vobis adero: atque etiam ego nullibi esse, Deus tamen semper ubique est. Illi equidem vos com-  
mando: ego vero si quid boni facere potui, vestris profectibus seruire volui. Scitis hoc in illa die, cum iudicabit  
Deus occulta hominum, & dab i' vnicuique secundum opera eius. Scio quidem me ceu iniuritem seruum non fecis-  
se ut debui, sed tamen Dominus nouit, quid voluerim. Vos ergo moneo, & per gloriosum Christi aduentum obte-  
stor, vt si qua in vobis erga me charitas est, instituta & iussa mea seruerit, & monasteriis meis, quæ Christo auspice  
condidi, vbi poteritis, sollicitudinem adhibeatis: Valete viscera mea. Hæc enim dixisset, die iam aduersa pasciente, fi-  
xis humi genibus, cum multo gemitu oravit Dominum, vt benignissima pietate sua daret pastorem commodum &  
humanum plebi sue: Ne fiat, inquit, externe pastor, hæc plebs sicut oves non habentes pastorem. Commendo tibi  
oīes, quas mihi credidisti: & familiam omnem, quam per ministerium officij mei tuo sancto seruitio mancipasti.  
Tuo, quæsio, semper auxilio protegantur, tuo nutu gubernentur. O præstantem Eligij charitatem, & eximiam boni-  
tatem. Iamiamque abiturus ē mundo, sui quodammodo cura neglecta, aliorum, vti semper consuerat, tam sollicite  
memore es.

DE IN D E in extremis positus, cum modicus calor teperet in pectori, nec præter sensum quicquam viui homi- XXXIV.  
nis supererit, oscularis est discipulos suos, & per singulos plorans. Iam non ultra, inquit, loquar vobiscum. Valete  
iam in pace, & me deinceps finite quiescere. Redeat terra in terram. Quæ eius veiā omnium animos incredibili  
conficiebant dolore, ita ut lachrymas nulla ratione reprimere possent, & vox fauibus haeret, conantesque linguas  
in verba protanpare, singulus & suspitia interpellarent. Sed hæc tam enīcunque depremebant: Dolemus qui-  
dem acerime nos tua prætentia orbari: sed tua causa, pater optime, consolamur nos, quod post vitæ huius labores  
ad requiem & etiam proficisci es. Tum ille oculis manusque in caelum erat, diu mense precibatur. Deinde in  
voce pronuntiens: Nunc dimittis, inquit, seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Memento  
quælo, quod sicut latum feceris me: & non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu  
tuo omnis vivens. Memento mei, qui solus sine peccato es, Christe mundus duxisti, & educens me de morte cor-  
poris huius, salum me fac in regnum tuum cælesti. Tu semper fuisti protector meus: in manus tuas commendo  
spiritum meum. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen tu scis, quia semper spes mea fuisti in misericordia tua,  
& fides mea in tua credulitate permanxit. Et nunc quoque in confessione sancti nominis tui moriens, extremum,  
Christe, anhelitum efflabo. Suscipe ergo me secundum magnam misericordiam tuam, & non confundas me ab ex-  
pectatione mea. Aperi mihi properantianum vitæ, & principes tenebrarum non occurrant mihi, nec conturbent  
me potestates aeris huius: sed elemens dextera tua protegar me, & tua potentia me defendat, manusque tua deducat  
me in locum refugij, & vel in ultimam mansionem ex iis, quas præparasti seruitimentibus te. Sub his verbis reddit  
spiritum. Erat tum prima noctis hora: & ecce confessum visa est ex illis ædibus lux ingens & valde coruscans sumum  
ascendere, atque inter mirantium obtutus sphæra ignea, crucis in se effigiem præferens, perniciiter admodum per-  
dens nubes in celum penetrare. Atq; hunc in modū sancta illa anima, deposita carnis sarcina, & à vita huius angot-  
tum liberata, ad suum iucundissima reuoluntum authorem, & in antiquam possessionem post longam exilij huius pere-  
grinationē, cælo gaudente, terra plorante. Angelis plaudentibus, omnes ascendi. Quā vero sanctus illi vir charus fue-  
rit plebi, mox ab eius obitu declaratum est. Vix enim spiritum exhalauerat, & iam tota vīs luctu omnia complebat,  
vt tanquam communis parentis obitū, omnes orbitatis vulnera confessi videbantur. Compositum autem ex morte  
corpus, in ecclesiam deportatum est, ibi; pariter cleris in hymnis, populus in lamentis, noctem duxere perugilem.

M A N E ingens vtriusque sexus multitudo ad oppidum adiulauit, itemque regina Bathildis cum filiis & pro- XXXV  
ceribus, multoque exercitu. Ecipsa quidem regina propere ad corpus beati viri accurrens, magnam illic fudit lachry-  
marum vim, vaide dolens, quod cum viuum non reperierit. Interim inbet præparari omnia, vt possit corpus ad Ca-  
lam monasterium eius transferri. Sed cum loco moueri non posset, magno animi dolore affecta est, curauitque tri-  
duanum inducendum ieiunium: quod etiam ipsa cum optimatibus suis & clero seruauit, ieiunio etiam cum illis pa-  
riter perperas adiungens vigilias. Quæ cum herent, intantum illa mœrebatur & lugebat, vt nullo pacto lachrymas  
frenare posset. Cumque præ nimio dolore desiderium eius ferre non sustineret, tandem vt animo suo satisfacret,

Obserua tē detecto eius vultu, cum multis lachrymis osculata est eum, itemque peccatis & manus. Ecce autem dum sic palpar fa-  
cruim corpus, tamen si erat hypernum tempus, & iamdi illud fuisset exanimé, prorsusque frigidum, copiosus sanguis  
ex eius naribus manauit. Id vbi viderunt Episcopi & regina Christianissima, confessum admoventum linea, summo  
studio sanguinem colligentes, eum pro magno munere in reliquiis seruandum sepulserunt. Interim expleto ieiuniu-  
o, modis omniibus fatigebat regina, vt corpus beati viti in Calam monasterium eius transferretur. Sed ediuerso alijs  
Parisiis illud transferre volebant. Quibus vtrisque se opponebant cues Nouiomenses, iustissimam hereditatem  
corpus antistititis sui sibi vendicantes. Sub ea pia contentione, cum Episcopi & præstantiores quique fauerent regine  
partibus,

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

27

partibus, decernerentque ad monasterium beati viri corpus eius transferendum, magnus clamor & tumultus ortus est in vniuerso populo Noviomensi. Tum regina prudenti vfa consilio, omnipotentis Dei iudicio rem totam committens: Facilius, inquit, verborum contentiones. Si placet Deo aut sancto eius, vt perducatur corpus, quo ego volo, illico se leuati sinat. Sin aliter, iam experiamur. Mox accedunt ad corpus, vtilius collant, sed nulla vi moueri potest. Tentur id subinde ab aliis atque aliis, & tandem ab ipsa regina, totis virtibus in id incumbente, sed nihil efficiunt. Tum regina ad proceros se vertens: Iam perspicue, ait, animaduertimus, nolle eum alio absportari. Permitamus igitur huic populo vel iniuiti, quod haec tenus sponte nolimus. Allenserunt omnes, & simulatque fereretur lenare coperant, tanta facilitate motum est, vt commode iam a duobus portaretur, quod paulo ante plurimi nec mouere leuiter poterant. Id miraculum cum vidisset regina & ciues omnes, in Dei laudes eruperunt, dixeruntque: Mirabilis es Deus in sanctis tuis. Cum autem ad sepulcrum deduceretur, tota pene ciuitas praesito fuit ad funeris obsequia, multum lugens decessum pastoris sui. Ipsa quoque regina, licet hyemis tempore palus valde excreuerit, adducinon potuit, vt equo veheretur: sed pedestri grauique labore sequens fereretur per paludem, cum omni familiamentabatur. O quantus ibi tunc erat luctus omnium, in primis autem monachorum & pauperum, quorum planus per plateas omnes audiebatur. Cantabat clerus voce lachrymabili, & agmina plorantium miserabiles in æthera dabant voces. Et ut in pauca conferam, plena erant omnia luctu incredibili: flebilibusque vagas implebant vocibus clamabantque passim omnes patrem se & nutritum perdidisse: nec facile poterat plorantis cleri cantus à lamentatis populi planctu internosci. Et quis illo die tam faxeus aut plane ferreus esse poterat, vt cum videret regnam & proceres, pauperes & \*inopes, plebem vniuersam tam misere plorare, non ipse pariter acerbe fleret: iam vero quis sat is explicare queat, aut siccis etiamnum recordari oculis, cum peruentum est ad sepultura locum, quo ardoris desiderio, quo amoris affectu, qua doloris vi & impetu retentum, compressum, retractum sit fereretur a populo, vt, quad si fieri posset, maneret oculis expositum corpus, quo vel sic vrcunque suo satisfacerent desiderio? Omnes studiose quædam iniiciebant moras, ne sepulchrum clauderetur: non enim ferre poterant eius absentiam. Ægre tandem ab Episcopis populo eruptrum, monumento traditum est: celeriterque adiulato faxo in primis reuerenter & honorifice illic habetur, aliquid in gloria surrexit. Ad extreum Regina venerabilis cum plebe valde Reginæ Bathildis doctissima postquam illud reuerenter venerata est, iejuna recessit, luctuque eam non sinente cibum sumere, sic triduanum lachrymabundæ iejanum expluit.

**XLV.** COMPARETV NUNC, si placet, beati viri huius non funus, sed triumphus, cum inani pompa seculi huius, & homini diuiriis affluentum. Istos misere viuentes confusis plausibus turbam infaniens extollit: Eligium mundi huius aeternum eruptum, cum summis laudibus canticis in celum deducunt. Iste post pompas momentaneas trudatur in tartara: Eligius post mundi huius aduersa omnia fortiter superata, simibus patriarcharum excipitur. Iste diuinitatim mole pressi, ruunt in gehennam: Eligius eleemosynis fultus, sublimis fertur in celum, cum beatis resurrecturus in gloria. Illi ob malam erit pœnas dant mortis aeternæ apud inferos: Eligius pro meritis beatis in sinu Abraham quiescit, sine ullo metu iam felix. Iste postremo in profundo tartari lugent miseri cum damnatis: Eligius meus perpetuum laureatus, cum sanctis omnibus in celesti paradiiso exultat. Gratias tibi inter haec, & propter haec, Deus fidelissime retributor: quoniam reddidisti ei magna pro paruis, & quietescere eum fecisti in amplitudine sempiterna & mia. Semper virentis paradisi tui delictis. Sed ne lectori nimietate fastidium afframus, de his dixisse satis sit. Volebam enim, quod iam ad modum multa dicta sint, finem opusculo imponere: sed miracula, quæ ad sanctissimum corpus eius assidue fiunt, cogunt me addere nonnulla: sed ita tamen, vt propter lectores, omisssis plurimis, ne molestus sum, pauca tantum commemorem.

**XXXVII.** POST QVAM beati viti corpus mandatum est sepulturae, casu relicta ibi fuit pellis quædam captiva longe operaria, ex Episcopi domo, quæ ferretro imposita fuerat. Eam, cunctis abeuntibus, Vifo diaconus, natione Suevus, clam ablata, in lectuli sui stramine abscondit. Reuersi funeralis ministri, vident eam non adesse, nec mediocriter consternati, præsi in eam inquieti. Sed cum nulla ratione reperte posset, extitit inter eos non minima turbatio. Interim nox cogit omnes dare se quieti, & ecce Abbati Sparno vir sanctus in visione apparuit, blandeque, vt solebat, cum compellans, indicat locum, ubi res ablata haberetur. Altera luce Abbas, quid in visione cognoverit, duobus fidibus factibus exponit: illisque assomptis, abit ad lectum diaconi, quærit rem farto subductam, moxque inuenit. Tum accutum diaconum durissime obiurgat, non tamen verberat: siquidem B. Eligius prohibuerat, ne id faceret. Vbiq; ad aliorum notitiam perducta est, B. Eligium omnes coepérunt timere haud vulgariter, & ita ut parerat, perpetua eum veneratione prosequi.

**XXXVIII.** DULCIOLENS presbyter, homo simplex & rectus, non longe à Lutetia dicitur, eumque B. Eligius adhuc in corpore manens, oblata opportunitate crebro inuisere solebat, & res necessarias liberaliter ei suppeditare. Cum autem ab eius obita fluxissent dies fere triginta, aut non amplius, nocte per visum ei apparet, sciscitatur quian habeat, aut cuius benignitate sustentetur. Tam ille, Bene, inquit, haec tenus habeo, precibus tuis adiutus. Putans autem corporaliter eum secum colloqui, maiori inde concepta fidutia, Parum, ait, vini habeo ex ea vinea, quam per te Dominus mihi dedit, quæso, mi domine, vt pariter inde gestemus: simul calicem ei offerens. At vir sanctus portet etiā manu benedixit poculo, iussisque refundi in vasculum, unde vinum illud hauserat. Id illo faciente, confessum sublata visio est, & presbyter ex parte factus, consternatusque, mane ingressus est cellam, in qua pridem parum vini reliquerat, diligenterque inspexit vasculis suis, vidiit vas, in quo pauxillum antea fuerat vini, iam ad summumque repletum.

**XXXIX.** ALTERI cvidam in Regis palatio coimmoranti in luculento habitu apparet, insslit, vt quam primum adest Reginam Bathildem, admoneatque eam pro Christi reuerentia deinceps missa facere vestium aurea gemmataque ornamenta, quibus etiamnum vteretur. Illo dissimulante, nocte altera rursus apparet ei, repetitque eadem, quæ prius mandarat. Sed illo minime id aulo Reginæ indicare, tertio adest, gauiterque homini comminatur, ni faciat, quod iussus sit. At nec sic tamen iussa capessentem præ timore, mox febris inficit. Regina ad eum venit, causam morbi perquirit. Ea data opportunitate, aperit ille, quid ab Eligio audierit, statimque pulsâ febre, reualefecit. Porro gligens ius Regina ocyus ponit ornamenta omnia, nihil præter manicas aureas retinet: cunctaque pauperibus distribuens, elegantiora quæque seruauit, atque ex iis Crucem pulcherrimam fecit, eamque ad caput beati Eligij deponi iussit. Thecam quoque ex multo auro & argento, in quo eius sacra ossa conseruentur, miro opere conficiendam curauit, ita dicens: Hic vir beatissimus multorum sanctorum effecit thecas: & ego quoque, vt dignum est, eius memorie, si potero, operam dabo. Cumque id fecisset, tanta deinceps a proceribus & potentibus ei loco auri & argenti atque gemmarum copia collata est, vt eam difficile sit verbis explicare.

Ea autem theca, propter auri gemmarumque splendorem, Quadragesima diebus regi solebat, linea panno, itemque holosericu sane eleganti & precioso. Quod cum aliquando initio Quadragesimæ factum esset, post aliquot dies, multis adstantibus, cōtigit inauditum miraculum. Crepit enim sudare linteum illud, sensimq; magis atq; magis vapores exhalans, copioſus humectari. Quod vt viderūt qui tū aderāt, rei nouitatem obstupesci, Christi eximia illie

Corpus immotum permanet.  
Ecce mirabile.

Psal. 67.

Summe omnes lugentes amissi se tan-

\*diantur.

Reginæ Bathildis doctissima postquam illud reuerenter venerata est, iejuna recessit, luctuque eam non sinente cibum sumere, sic triduanum lor ingens.

Mala & bona merita, diuersa habent præ-

Apparet Abbati Sparno S. Eligius.

Item cu- dam presbytero.

Observa miraculam

Quid Re- gine Bathil di iusterit denunciari.

Febre cor- ripitur, ne- morbi per- quirit. Nota stu- dium vete-

rump erga sanctos.

Linteum;

theca eius sudat.

aiebant declarari potentiam. Cum autem etiam distillare cerneret linteum, senioribus id consultissimum visum est, ut ablato linteo à theca, exprimerent humorem in vasculum, isque pro medicina feruarerur. Sicque factum est, & ille liquor in vase aeneo feruatus, multis postea artulit sanitatem. Tanta autem fuit eius sudoris admirandi copia, ut pannus holosericus, cui erat linteum illud adiunctum, optimo colore tinctus, colorem illum amitteret, eoque linenum inficeretur. Duos fere sextarios sudor ille compleuit.

Mira vis ei<sup>9</sup> liquoris. XL.  
E a tempestate aliquot Franciae rives dire vestabant morbus quidam, cuius pellendi causa credimus liquorem hunc diuinitus collatum. Si quis enim illo corruptus morbo, in mortis discrimen venisset, & eum liquorem attrigisset, confessim sanabatur. Erat tunc Veromanduorum Comes Ingomarus, homo prædies & potens. Is metuens vndiq; tum graft intem pestem, ubi didicit sudoris huius miraculum, totum se contulit ad B. Eligij patrocinium implorandum, atque ex eodem liquore cum multa fide non nihil sibi dari perit, promittere, si sanctus Episcopus obtinet rapud Deum, ut eius preda non infestaret is morbus, decimas rerum suarum & maximam villam suam se eius Ecclesiæ d. legaturum. Accepto igitur salutari liquore, invisit prædia sua, iussitque omnes eorum incolas reverenter eum attingere. Atque ita factum est, ut cum vndeque morbus ille proximam vastaret, nullum tamen ex iis, qui erant ditionis eius, contriperit. Quamobrem valde ille exhilaratus, decimam partem ex omnibus donauit Ecclesiæ S. Eligij. Fuit autem donum illud amplissimum, ita ut centum homines & pecora plurima cesserint Ecclesiæ illi.

Ut quædam percussa sit, sicque dicentes: Animaduerte, serue nequam, non me esse mortuum, ut tu iactetas: sed revera me vivere, è terribre. Ad hæc verba mox abiit cædentes intumuit viri caput, membra omnia mire pressa sunt. In re sente dolore, utraq; manu complectens caput turgidum, per omnes roris plateas voce lachrymabilis, quid sibi accidisset, enunciavit. Confluebant ciues plurimi ad hoc spectaculum non absque multo stupore, & quamvis nonnulli cuperent mederi homini, frustra tamen id fuit: immo quanto plus conabantur adhibere lementa, tanto magis augebatur dolor. Tandem post immenos cruciatus ad beati viri monumentum reductus, ibique à multis eductus, pro culpa sua satisfaciens, post longi spatia agre potuit amissam recuperare salutem.

Obserua h. c. n. fundit no- stras. XLII.  
Vt vincula recum a. pudicis eccl. cl. fam. 14. Vir quidam iure vel iniuria ferreis aliquando constictus vinculis, cum ad supplicium duceretur, clam è manibus trahentium elapsus, celeriter ad beati Eligij ecclesiam confugit. Cumque ad eum thecam venisset, & illic subsisteret trepidus, illico fracta catena decidit. Infecuti autem illum tortores, ut viderunt stare ibi liberum, farore perciti, rufum collo eius & manibus catenam iniiciunt, mag' av' è templo eum extrahere conantes. Tum miser ille tremens & pallens, ad sepulcrum beati supplices tendit manus, & O beate Eligij, inquit, placerne tibi ad te confugentem tuo auxilio destitui! His d'ctis, illico magno impetu fracta catena, longius profiliuit. Ea re valde perterriti omnes, qui viro manus iniecerant, in terram se abiciunt, & temeritatis suæ veniam cum ingenti metu precantur. Post alias horas venit eo loci eius Episcopus, & cum audiisset hoc miraculum, non crederit f. etum. Abiens autem è templo, simulatque ascendit e quum mansuetissimum, qui illum aduxerat, ab eo excusus, & humili collapsus, diris est doloribus affectus. Statim igitur hastationis suæ reminiscens, coram omnibus culpam suam agnouit. Atque ita inde sublatus, & post multos dies restitutus, cautor deinceps fuit.

Punitur à Dico, nou cedent mi lucrum fessum. XLIII.  
De equovi- ni. Dicit, tem- re ab Episco po. usurpatō  
Mira sunt hec. XLIV.  
Vt sacrum beati viri corpus ele- urum sit. XLV.  
Illustris mi- raculum. O mirabile mirabilis est, barba & capillæ eius, qui ex more abrafi erant vita functo, in sepulchro rufus creuerant, cuncte ad novum & inauditum miraculum obstupefecerunt. At Episcopi cum multo timore levantes illud è tumulo exiit prioribus indumentis, preciosissimis, quæ Regina parauit, induit, magnaque studio sigillis munitione reponuntur, atque ita demum choro psallente, modulantibusq; organis, inde imprimitus reverenter & studiose translatum, in preparato mausoleo accurate condunt & componunt, in dies maiori honore & veneratione prosequendum. Quæ autem deinceps miracula illuc facta sint, iam partim annotabimus.

Multa mi- racula, ad monumen- tum eius. XVI.  
D'vo cæcilius diebus illic excubantes, lumen receperunt. Puella contracta sanata est. Alins quoque cæcus illuminatus est. Sed haec fortassis, dum lectori gratificari volumus, succincte nimis dicimus. Paulus igitur suis agendum est. Ad caput beati viri pendebat lampas. Ea cum die quodam pene seminacula esset, repente apparuit plena oleo: igni quoque dignitus accensis, ardere coepit, atque ita deinceps plerunque & impletur, & ardet. Cum autem

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

29

autem vir sanctus etiamnum in terris ageret, Garifredus Comes Veroimanduorum, quiddam in eum admiserat, quod etiam illo iam defuncto minime expiarat. Tandem post longa temporum interualla, negligenter oblituscul- Adorare, p̄ se suā, venit adorare sepulchrum eius. Ardebat tum ex more lampas ea, quam diximus: sed Comite in templum in- pro venera- grediente, confessim extinta est. Id ille mox animaduertens, timens & pallens, orauit. Finita oratione, exiit ē tem- ri, frequens plo, & lampas lumen recepit suum, non humanitus, sed diuinitus, accensa. Indicauit id Comiti, iam equum ascen- est, etiam in dere volenti, vnuſ e famulus eius. Ille audiens, multum doluit, & in seipsum descendens, cœpit excutere latebras scripta. conscientias sue, ut sciret, qua culpa sua id accideret. Recordatur interim, quid olim in sanctum Episcopum admi- fuisse, festinque redit ad basilicam. Sed postquam pedem posuit in basilicæ pavimento, ruris lampas extinta est. Tum ille nimium territus, cum lamentis & magno rugitu prostruit se coram beati viri sepulchro, & diutissime pro Res admi- culpasa satisfaciens, se indignum & miserum fatur, cuius causa lampas lucere desuicit: palamque protestatur, se raudet. ex eo loco non surreaturum, nisi prius lampas ardeat. Post multas ergo lachrymas, lampadì restituta lux est. Quia e non nihil ille recreatus, iuber famulum ire ocyus, & afferte vas argenteum sane preciosum: idque Christi confessori oblitus, ad sepulchrum eius illud deponens, promittens etiam, se nonnulla ē facultatibus suis illi ecclesiæ collaturem. Deinde latus abscedit.

- XVII.** IN VENIS quidam, Saxo genere, miserandum in modum contractus, & ad beati Eligij monumentum addu- Contractus & tis, breui curatus est. Femina quoque muta & cæca, diu ad sepulchrum eius orans tandem somno oppressa, videt aduenire ad se S. Eligium, oculosque suos leniter tangere, & instrumento quadam chirurgico linguae vincula mol- fatur. liter discindere. Expergefacta igitur, oculis iniustitiam sentit lucem, & post multum ore reictum sanguinem, loqui- Item cæca tur prompte & expedite. Alia puella muta eo perducta, docta est à templi custodibus mente implorare beati viri o- & muta. pem. Eam tandem mater iubet illuc hæcere, donec sentiat se adiutam: se domum abire velle indicat. Vbi ergo illa fo- ribus templi propinquare cœpit, puella videt è lampade quiddam ad se dimanere, magnoque timore correpta, ru- pis lingue nexibus, sic locuta est: Itane hic me relicta, tu mea mater ascendas? Audiens hæc mater, celeriter redit ad eam: fensque prægaudio, cupiensque etiam alios eius sermones audire, aude illam compellat, & ad omnia planum Item alia atque abfolutissimum ab ea responsum accipit. Mirantur omnes, qui adsunt, laudant Christi potentiam, & beati E- muta. ligij merita concelebrant.

- XVIII.** PESTE aliquando Parisiis gravante, cum iam aliquot virgines monasterij beati viri, cui Aurea Abbatissa præ- erat, ad Dominum migrassent, sanctus Eligius apparuit cuidam adolescenti in ecclesia eius monasterij, veste candida & roga amictus. Illo autem prætimore se in latebras abderat volente, vir beatus blonde eum compellans, insit pro- De obitu & pereire ad Auream Abbatissam, dicereque ei, vt cum certis virginibus ocyus ad ipsum veniat. Abit ille, dicit Abba- batissæ & aliarum. tissæ quæ iussus erat. Surgit velociter Abbatissa, immensu afferet a gaudio, & magna celeritate contendit ad templum. Sed postquam eo venit, visio disparuerat. Ne tamen posset ambigere veram fusile, relicta erat nebula, tota in ædem Res mira. repleta, unde etiam candelabrum & vela rorem quandam stillare viderentur. Abbatissa igitur ad se reuersa, intellexit se ex hac via euocari: protinusque sorores omnes conuocans, illis valedixit, quibusdam exceptis, quæ cum illa de- cessisse erant. Mortua est deinde Aurea Abbatissa, & eam secutæ sunt ex eodem monasterio centum sexaginta for- gnum numerum lan- diuonia- lium. tes, ea tempestate defuncta.

- XIX.** COMITIS Garifredi scriba venit quandoque ad basilicam sancti Eligij, & cum post preces fusas, staret ad fo- tes eius, vidit illuc pauperum gregem, stipem poscentium. Sed nihil apud se habens, quod illis darer, misericordia motus ergo illos, mœctus intra se ait: Nunquam vos talem habebitis consolatorem, qualis fuit hic sacratissimus anti- stes. Qui d' enim eum inquam retardare potuisset, ne in vos beneficia conferret, vobisque surda transiret aure, vt iam multi faciunt, & ego miser? Dum ergo sic tacitus se cum cogitat, visus sibi est tanquam in ecclesiæ videre adstantem ubi hec ut El' grum, simul que in manu sua vel veste cernit aurum, quod pauperibus eroget. Quod etiam absque mo- ria fecit, multa secum cogitans de eo, quod acciderat nec... opinanti.

- L.** EBROINS vir illustris, præfatus est palatio, siue, vt vulgo dicunt, maior domus, filium habuit Bobonem, ipsi & martri eius vincere charum. Is morbo grauissimo coreptus, magnum parentibus merorem attulit, præterim quod De filio Eb- & martri sana. morbo inualescente, vita eius desperaretur. Sed tamen parentes, de miraculis beati Eligij magna spe concepta, mu- nera ei offerunt, & balteum filij elegantissimum apud sepulchrum eius deponunt. Eodem tempore puncto puer re- ualefecit, ac deinceps mansit incolunis. Vir quidam nefarius de admisso crimen se pugnaturus, non dubitauit ad se- pulchrum beati viri falsum iurare. Sed simulaque iurauit, iusto Dei iudicio, venter eius crepuit, effusisque in terram vicerunt bus, indignam vitam digna morte finiuit in terrorem multorum.

- LI.** VIR quidam agrum ecclesiæ sancti Episcopi apud Caluomontem situm, sibi rapaci cupiditate vendicare vo- luit, sed obstat ei Sparnus, eius ecclesiæ Abbas. Res ad palatum regis relata est, pronunciatumque à rege, vt si Abbas in sacro loco iurare vellet, agrum esse ecclesiæ, eum ipse retineret. Sed Abbas maluit virum illum pertinacem iurare suum esse agrum, & non ecclesiæ. Lata igitur sententia est, vt vir ille cum multis aliis iuraret. Sic enim apud Francos in more positum est. Verum Abbas alius omnibus remisit iuramentum, ne alterius flagitio implicarentur: foliis ille agri usurpar, procerum sententia iurare iussus est. Itur ergo ad ecclesiam B. Eligij, venitur ad sepulchrum eius, expectatur ab omnibus rei eventus. Vir temerarius rem parvipendens, importuna audacia imponit manum locastro, sed cum vix medium expressisset iuramentum, toto corpore contremisit, caput retrosum in cernicem cur- nat, d'iu&#233;tque ore, & magno inde famo erumpente, cum hoc solum dixisset, Abba Sparne, recipe trrram tuam: Horrenda repente humi prosternitur, & infelicem animam exhalat. Alius quidam cum illie peierasset, & domum ceu victor vltio penit. latus redire, priusquam limen domus sua attigisset, extinctus est. Vnde tantus omnes inuasit timor, vt nullus ho- die etiam in causa iustissima ad sepulchrum eius iureurando se obstringere ausit: sed si iuramentum faciendum sit, ad ostium circum non sine magno timore id fiat.

- LII.** DEMONIACVS quidam, importunissimo correptus dænone, incredibili furore & amentia rumpebat ca- tenas, compedes, & claustra ostiorum, quorundam nates, aliorum aures mordicus apprehensis lacerabat. Eius pa- rentes summopere cupiebant eum ad beati Eligij memoriam adducere: sed qua id poslent via, propter hominis ra- biem, non videbant. Tandem reperto consilio, miro quodam ligneo instrumento constitutum, ægre septem viri eo perducere potuerint. Perdutus autem, paulo post, beato Eligio orante, & Christi gratia largiente, sanatus est, & ibidem in clericum assitus, admodum religiose vixit. Modoleni cuiusdam ciuis Nouiomensis vxor pia valde, toto corpore intumuit: sensimque morbo ingrauente, vir eius, homo centenarius, de sepultura iam cogitabat. Eiob- nianum factus Abbas ecclesiæ beati Eligij, dicit ex eo periculum vxoris eius: simulque rogatur, vt in basilica eam sinat sepeliri. Abbas, his auditis, celerime contendit ad sepulchrum beati antistitis, tollentque de oleo illie manente, & ad formam moribundam se confert: sic enim per visum iusserat ei beatus Eligius. Ingressus, videt inter lacrymantes cognatos & amicos fœminam decumbere inflato valde corpore, & iam plane frigido: mox illud vngens oleo, ita Mira vis o- sit. Hec mandat S. Eligius, vt in virtute nominis Christi sana confugeret. Dixit sic, & oleo sancto vicerat fœminæ pe- le sepalcri netrante, illa palpebras commouet, & tanquam ē somno grauissimo euigilans suspirat. Inde mira celeritate detin- cus immatu- nis curatur.

mescente corpore, auctisque viribus, residet: statimque dolore omni evanescere, nec ullo remanente tumore, facie quoque restituto decore, electio se proripit, laudans & praedicans Deum, qui ipsam à morte reuocasset: Deinde compellit omnes mente assidere, ipsaque illis accurate ministrat.

De fure in-  
dicata.

Cel. filii  
vindicta in  
petiuntur.

Nota hanc  
leprosi cura-  
tionem.

Fur depre-  
henditur in  
sacrilegio.

S. Eligius  
apparet cur-  
dam.

De capillis  
beati VIII  
quædam  
admiranda.

Vide ut De  
cohonestes  
etiam ex-  
tremas celi-  
quias san-  
ctorum  
fuerint.

Vt punicus  
filius, qui pro  
reliquiis ei  
precium a  
quædam  
extorrit.

\* villam

Poena irre-  
verenter  
tractatus  
lectum san-  
cti VIII.

Miracula  
ad lectum  
eius.

In tute Nouiomensi fuitum perpetratum fuit, sed fur ignorabatur. Iuuenis autem quidam suspectus de furto, LIII. cum eo nomine compellaretur, in patrem suum crimen confiteare conatus est. Habebat enim quiddam cum illo controvexit, eique infidias molebatur. Vtque igitur sifistit coram Episcopo & Comite: filius multis modis studet patrem reum efficeri: pater vero, vt erat, se innoxium demonstrare. Alij fauabant filio: alij iniquum dicebant, fidem adhibere filio patrem insimulanti. Cum sic autem longa fieret altercatio, nec facile quisquam ausus esset ferre sententiam, Episcopus tandem communicato cum Comite consilio, rem statuit beati Eligij iudicio permittendam. Ducuntur ergo ambo ad beati viri monumentum, & iuramentum facere iubentur. Iuuenis simul atque iurare ccepit, arreptus à demone, magna vi in terram eliditur, atque illic misere seipsum discipens, tremensque & spumans volutatur. Ita prodito iam fure, ab ecclesia recedunt omnes. Tandem diu male multato iuuenie, cum multi pro eo orarent beatum Eligium, curatus est.

LEPROSVS quidam ad sepulcrum beati viri admirabil modo sanatus est, radio quodam inde excuntem, & in eius horrida vulnera se insundente. Quem secutus est multus hominis sudor, & cum sudore omni putredine absente, relicta est cutis mundissima, atque adeo restitutus est homo, vt nulla lepra velligia in eo cernerentur. Claudius quoque curatus est à beato viro, illi per visum apparente. Contra autem fur quidam iactilegus, si quando è tempore egri filii custodibus, aurea quædam ornamenta beati aristitis monumento subducere volens, catenam auream vi attrahens confiegit: vnde tantus excitatus est sonus, vt extra templum procul audiatur à custodibus: simulque homo nefarius ita diuinatus ad lumen ecclesie detentus est, vt loco mouere se non posset. Itaque a currentibus custodibus, depræhenditur in sacrilegio, proferrit res ablatas, petit veniam sacrilegij, humaniter ignoscunt custodes, abscedit libete, nullo iam eius gressum retardante. Vir quidam nobilis ob culpam non magnam prorsus infensum habuit principem. Adducitur ergo in palatium, & capite damnatur. Interim seruandus traditur Amalberto Comiti Nouiomensi. Post aliquot dies audit è famulis eius, proxima luce se capite plectendum. Valde ea re consternatus, omni spe euadendi sublata, hoc solo se consolabatur, si posset obtinere, vt eam noctem apud S. Eligium duceret per vigilem. Eo igitur impetrato, ardentissimo animi deside: io properat ad sancti mausoleum, tota pene nocte in lachrymis & gemitu est, orans sanctum Episcopum, vt in crastinum suo ipso velit patrocinio adest. Post absolutos à Clero nocturnos hymnos, nimio merore depresso, obdormit: & ecce mox adest S. Eligius, humanissimoque vultu blonde eum consolans, pollicetur se futurum apud principem, nec ipsum villas daturum pœnas, sed cum principe in gratiam redditum. Eodem die accitus à principe, liber dimisus est.

CVI beatus Eligius apud Turones adhuc laicus sancti Martini thecam fabricaret, cuiusdam matronæ hospitio uteretur. Ea cernens virum sanctum in gitter eximiis operibus intentum, (vt erat reuera promptus ad omne opus bonum, creber in precibus, largissimus erga pauperes) non temere sibi persuaserit eum esse Dei servum. Cumque aliquid tonderentur pilis capitis & basi eius, illa pannum lineum, quo exceperat pilos, & quicquid ex pilis ipsiis colligerat potuit, eum in linteo in uolutum in arca reposuit. Per multis inde labentibus annis, scemina eius rei penitus obliterata fuit. Post oblitum autem beati Eligii, sepe noctibus audiebat in cubiculo suo suauissimam psalmorum melodiam. Curiosus itaque explorare volens, quid agatur, videt per foramina quædam miram radiate lucem. Cumque id cerebro heret, admodum perterrita, non audebat noctibus manere in aedibus suis: nec tam recordabatur pilorum, quos illic olim ex fide consideraverat. Accito autem ad se Agerico, ecclesiæ S. Martini Abbatem, rem ei exponit: dicit laetacum, quod non posse securum cubare in domo sua. Ille seiscitatur ex ea, anne alquis seruus Dei illuc quandoque manferit, vel nunquid à sanctis viris munuscum acceperit, aut certe anno ipsa aliquando quædam sanctorum reliquias abstulerit. Tum illa veluti per somnum, pilorum beati Eligii reminiscens, pectus crebro verberat, indicatque Abbati se olim pilorum S. Eligii segmina collegisse, & fideliter illici reposuisse. Mox igitur ad locum accedentes, inneniant pilos illi, admodum suauolentes, profusisque incorruptos. Inde ergo facile colligi potuit, & quanti apud Deum meriti esset beatus Eligius, & quam grata fuisse Deo fides mulieris, cum post tot annorum circula eo in loco diuinatus tam admiranda fierent. Audiuit autem postea, illic elegans constructum oratorium. Quidam simile haec contigit in monasterio Nouiomensi, à beato viro constructo. Sanati sunt etiam quidam contracti eorum rerum, quibus vir Dei, adhuc vivens, aliquando vñs esset.

VIIR quidam non longe à Rhemis habitans, religiosis mentis studio voluit in prælio suo in beati Eligij honorem basilicam construere. Ea autem iam absoluta, reliquiis eiusdem sancti viri ornari eam cupiens, ad Nouiomenses profetas est, & ab illis optatum munus impetravit. Sed cum inde recedere vellet, clericus quidam cupiditatis astro percitus, vi eum detinuit, dicens se non passum ut cum reliquiis abeat, nisi prius aliquo dato munere. Ille vt posset ex eius manibus euadere, munuscum quodam tristis eius largitus est. Quod clericus auidissime complectens, mox in sinu abscondit. Et ecce repente immisso diuinitus igne, pectus cum vestimentis ardore excepit, ita vt alta vox ex clamans diceret. Parce sancte Eligii: miser ego nihil tale deinceps faciam. Mox illi, qui aderant, propere ei vestimenta famantia detrahant, munusque acceptum reddunt ei, qui dederat, illum iam dolentem & multum lachrymantem ad beati Eligij monumentum adducunt: vbi oleo vñctus, vix tandem ab incendio illo liberatus est. Equidem nihil dicitur hoc ei accidisse, vt pudicat & reprimatur similitudinem impudentia cupidas, qui non verentur ex ea pecunia sanctorum reliquias venundare. Cesset igitur, obsecro, locis omnibus hac contagio, ne simile quid accidat similis facientibus.

SOLEBAT vir sanctus, adhuc in corpore manens, crebro venire Compendium, regale \* oppidum, & trans fluvium proprium illarum apud Vvaldolenum habere hospitium. Postquam autem defuit esse in humanis, ille eius hospes lectulum eius absque illa tanti viri reverentia demolitus est, & è sponda, quam sèpè sua manu traxerat vir beatus, limen effecit, atque cum sua coniuge eo loco, quo vir Dei cubare solebat, se reposuit. Ecce autem eadem nocte acerrima febre correptus, naufragat, trenuit, sudat, pallescit: pedes, quibus spondam calcauerat, dolent, & magno ardore afflant ita vt ingredi non posset. Interim dum ille sic cruciat, vxori per visum præcipitur, vt quamprimum ab eo loco recedant, spondam instantem, tocumque lectum, vt prius erat, diligenter restituant atque componant. Sed illa negligenter visionem obliuiente, maritus acrioribus vrget dolorum stimulis. Proxima nocte etiam ipse admonetur, nisi oxyus ex illo lecto recedat, fore vt seuerius castigetur. Posteam visionem nonnulli se remittente febre, vt potuit, celeriter surrexit, spondam illico collegit, diligenter ablutam in locum pristinum restituit, lectumque instauravit, & ab illo deinceps se abstinent, temeritatem suam pœnitentiae multa satisfactione expiavit, atque ita demum curatus est. Eo miraculo postea diuulgato, cœperunt vndeque aduentantes ad eum locum munuscula inferre, cœperunt etiam crebra fieri miracula, & multi eo frequentes aduenire. Id non multa sine admiratione cernens Vvaldolenus, domo illa relicta, & beato Eligio aeternum dedicata, in propinquas ædes commigravit. Inde ea domus diruta est, & basilica illici constructa, atque in ea lectus ille repositus, mirifice ornatus cernitur. Locus ille in di-

## DE S. ELIGIO EPISCOPO NOVIOMENSI.

31

In ditione est Clementis Episcopi Bellouacensis, multaque illuc miracula sunt: è quibus, breuitatis studio, non nisi Clemens  
Episcopus  
Belloua-  
censis.

**LXXXIII.** D uo Reges, germani fratres Clotarius & Theodoricus, quandoque è palatio egressi, orandi causa ad eam basilicam accesserunt. Absolutis precibus execentes illos quidam proceres admonuerunt, ut aliquam eleemosynam pro sancti Eligij veneratione illi loco tribuerent. Sed Rex senior contemptit: iunior vero aliquot solidos ex radiantem metallo ibi reliquit. Vbi ad palatiū reuersi sunt, Rex senior Clotarius molesta confessim febre vexatur: totoq; corporis ardore ad caput tendente, secutus est vehementissimus dolor dentium. Nocte igitur illa in summis cruciamentis transacta, mane recordatur, quid hesterno die neglexerit, seq; confert ad bearum Eligium deprecandum, cui bris vexat. etiam per hominem fidelem multos misit solidos: qui simulatque illati sunt in templum, dolor omnis repente solitus est. Puella quædam eodem tempore desponsa, malo daemone instigante, ab alio turpiter vitiata est. Sponsor id suspicatus accidisse, virget eam, vt iure iurando se probet innocentem. Illa, vtpote adultera, incunctanter offert iuramentum, nihil prorsus periculi metuens. Iubet ergo sponsor, vt ad beati Eligij lectum hunc, de quo paulo supra diximus, sola iurer. Eunt pariter in ecclesiam: puella proterua & insolens sine viro metu ad lectum accurrit: fed mox vt illi iuratura manum imposuit, viribus destituta corruit: cumque eam circumstantes alii leuare velent, tremens & spumans inter manus illorum animam expiravit. Sponsor id cernens, multum quidem expauescit: at ramen Christi potemtiam & beati Eligij iudicium laudans, non sine metu recedit. Multa alia ibidem, Domino iubente, miracula sunt, in quibus est etiam illud, quod lampas oleo abunde calitus impletur: quo sancto liquore multi illuc peruencti, variis liberantur in commodis & morbis. Et hæc quidem omnia apud Compendium sunt. Consimilia autem perpetrantur miracula apud alium quendam lectum eius, qui in quadam monasteri eius praedio, quod Victoriacum vocant, asseruantur: quæ omnia si commemorare pergamus, onerosi erimus. Nos vero iam summopere ad finem properamus.

**LIX.** A d sepulchrum beati viri multæ catenæ diruptæ, multæ compedes fractæ, cippi dissipati, multaque alia visunt certissima argumenta miraculorum, quæ illuc facta sunt & sunt: è quibus tamenos vel pauca, vel potius nulla retulimus, quod omnium oculis expoita sunt. Neque vero, vt in plerisque solet, hæc miracula illuc fieri cef-sant, sed quotidie vnde aduentant moribidi, & sanantur, ferro vinclis absoluuntur, claudi carucis adiecti, suis pedibus recedunt: periuri aut arripiantur à dænone, aut moriuntur, dæmoniaci liberantur, cæci illuminantur. Multi quoque sanantur morbi oleo illuc succrescente: immo quisquis eo perungitur, quacunque laborat infirmitate, statim fugiente morbo, curari potest. Sed quia iam vrcunque absoluimus optatum opus, lectorem rogamus, ne vilitatem sermonis nostri plane despiciat. Fortassis potuissent dici à nobis pleraque elegantius: sed studio sic stylum temperauimus, vt res potius, quam verba, lectori commendaremus. Maxime vero ab hoc opere cothurnus evanescit eloquij remoueri debuit, quod de tanti antistitis humilitate manauit. Me quoque deuotum potius, quam temerarium fuisse, præsens pagina testabitur. Neque enim confidientia virtutum mearum, tantam in me prouinciam recepi, cum scirem absurdum esse, tantæ historiæ tantillum adhiberi authorem: sed cum sim debitor decem millium talentorum, vel parum aliquid ei, à quo accepi, reddere volui: plane dignum & iustum arbitratus, vt exiguum talentum in laudem sancti viri & gloriam omnipotentis Dei expendere: & quod ab illo indignus percepit, eidem subiectas impenderem. Tibi nunc, Christe, librum hunc contra amulos omnes defendendum commendo: tibi deuotionis meæ dicta supplex committo: tibi in his omnibus & per hæc omnia pio, vt possum, affectu persoluo laudem & præconium, qui tulisti adiutorium, quo posset confici opus optatum. Tibi ergo laus, tibi gloria, tibi honor creatori & recreatori hominum Iesu Christe, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus per infinita secula seculorum, A men.

*Epistola beati Audoeni ad \* Robertum Episcopum Parisiensem de vita  
S. Eligii.*

\* Rodober-tum.

**D** OMINO sancto, & à nobis in charitatis vinculo ingiter amplectendo Roberto Papæ, Dado salutem. Vitam beati Eligii, quam nuper, frater chaitissime, descripsimus, per præsentem latorem strenuitati at- \*concer-gutæque vestra \* emendandam direximus. Quæsumus ergo, vt sepolitus paululum curis exterioribus, studium illuc adhibeas quantocuyus: & si quid forte aut mea, aut notariorum incuria in verbis, vel syllabis incompositum, aut minus aptum deprehenderis, iuxta prudentiam tibi collatam studiose emendas, nobisque demum emenda restaueres.

*Epistola Roberti Episcopi Parisiensis, qua beato Audoeno respondet.*

**D** OMINO vere sancto, culmine Apostolico sublimato, mihique modis omnibus venerabiliter præferendo, domino & patri Dadoni, \* Rodobertus peccator. Decreueram quidem gratificie iussioni vestrae, vene- \* Robertus, rabilis pater, obtemperare, nisi imperitiae mee prudentia vestra in dictandi studio tantopere obviaisset. Totum itaque volumen, quo vita sancti continetur Eligij, à summis ad ima usque solerti, vt iusseras, cu- ra quidem percurrent, nihil omnino, quod adjicere emendare que deberem, vsquam potui reperi: sed magis potius, quod admirarer, venerarer, præferrem & prædicarem. Et vt vera fatear, pinxit mihi illuc videris sanctitatis tuae, immo beatissimi antistitis Eligij integrissimam formam, ita vt nihil prorsus defuerit ex cunctis sancti virtutibus, quod non potestatu verborum per singula inuestigaueris, ventilaueris, celsoque in sublime phæco sustuleris. Vnde equidem animo iam meo ex eius ubertate refoto, exemplari etiam integrissimi voluminis fratribus mihique confe- do, toto demum volumine sanctitati vestrae remissio orationum supplè quæ suggragium domine semper Dado.

F. Laur. Surius pio Lectori.

**E** Quidem libentissime, propter authoris reverentiam, beatissimi Eligii vitam, sicut ab illo edita est, integrum nihilque mutatam edidimus, candide Lector: sed cum eam ex quadam MS. codice describerem ma-nu mea, & iam aliquousque progressus, viderem eam valde prolixam, nonnulla etiam subinde repeti. quadam etiam multis verbis fave & copiose dici, quæ possent pauci comprehendendi: temporis angustis exclusus, & ne opus nimium excresceret, coactus sum nonnulla aliquot locis omittere, quædam contrahere, quibusdem etiam aliquam lucem afferre. Que cum sine stili mutatione commode fieri non possent, iunctus pleraque reddidi verbis meis, sed ita tamen, vt aguis lector facile id boni consulturus sit, cum nihil historiae integritati detractum aut diminutum sit. Est autem ab eodem authore Adreno etiam tertius liber scriptus de vita S. Eligij, sed illum amisi, quod non nisi Epitome sit eorum, quæ duobus hisce libris à nobis editis, continentur. Vale.

DE S. NATALIA, cuius festum occurrit prima Decembbris, querat Lector in vita S.

Adriani octaua Septembri.

AN. 300. VITA S. OLYMPIADIS MARTYRIS, AB ANTONIO MARIA  
GRATIANO A BVRGO S. SEP. EPISCOPO AME-  
RINO CONSCRIPTA.

1. DECEM.



Olympia-  
d's Chri-  
stianos per-  
sequitur.  
Vide vitam  
S. Firminae  
24. No-  
vemb.

OLYMPIADES, quamquam (quod gestus in urbe Roma consolatus declarat) nobili credatur gente natus, tamen plus nominis ei gloriae que confitans in Christiana religione fides peperit, quam aut honorum, aut familiæ dignitas afferre potuerunt. Is, ut mos fuit Romanis confitulare, exacto tempore magistratus, ad regendos socios dimittendi, cum Ameria circumie etisque populis præpostus a Diocletiano Imperatore esset, eius iussu Christianum nationem, late iam per Italiam diffusam, acriter infestabatur, & atrocitate suppliciorum, aut suscepsum institutum, fidemque sacrorum deserere, & ad Romanorum Deorum cultum redire cogebat, aut omnibus tortos cruciatibus morte afficiebat. Nam Diocletianus incredibile dictu est, quanto in Christianos odio ferretur, quanta hauriendi Christiani sanguinis sitis immitem, & crudelis animus eius teneret. Ut Romanorum Principum nemo maiorem per omnes provincias innoxiorum, ac piorum hominum stragem ediderit; Nemo Christianam fidem pluribus, & clarioribus iniunctæ, & constatis pietatis exemplis illustrauerit. In nullius denique imperio frequentiora, evidenteraque diuina potentia miracula conseruantur. Quorum haud scio an illud, vel maximum videri possit, quod tanta saecula, ac tam immani bonorum carnificina non solum, quod spectat, spernitque Diocletianus, auctor non est, ut Iesu Christi nomen & disciplinamque omnem opprimeret penitus, atque extingueret, sed inde vel maxima incrementa cœpisse Christianam Religionem, indeque vel latissime propagata esse certis constat. Adeo humana consilia aduersus diuinam voluntatem nulla sunt. Olympiades igitur in perquirendis puniendisque Christianis impie Imperatoris sui voluntatis sarellitem hanc sege agebat, ignarus profus quid de se diuina prouidentia statuerit, quæ non facere tantum martyres eum, sed etiam eile volebat, & ipsum mox supplicia, atque mortem pro ea fide subire ac perpeti, à qua tum alios supplicis ac morte deterrebatur.

Ex perse-  
cuteo fit  
propugna-  
tor. Vide  
cap. 2. vita  
S. Firminae.

ea 3. vita  
S. Firminae.

Sistitur Me-  
getio Con-  
fultari.

In equuleo  
extensus  
excruicatur  
& facibus  
aduratur.

1. DECEM.  
S. Proculus  
diuinitus  
eligitur  
Episcopus.  
Feliciter  
abit.

Is a beata Firmina, quam metu legum primo, deinde coniugii sui conditione à Christianis institutis auertere conatus fuera, Christianus factus, & infatu sacrata aquæ rite expiatus, partim perspicuis, quæ in ipsius quoque corpore Deus edidit miraculis, partim sanctæ virginis oratione adeo firme Christianæ religionis fidem est amplexus, ut humanas res omnes præ Iesu Christi amore, atque fide despiceret, ac totum se diuinorum rerum studijs deret; nec ignarus versuram moxi se omnem Diocletiani iram, ita se comparauit, ut nullum subire cruciatum, nullum perfici supplicium pro fide, atque cultu veri Dei recusaret, ac mortem non iam in damno, sed in maximo lucro ponaret, nec eripi sibi martyrio vitam, sed aditum ad veram sempiternamq; vitam aperiit existimat. Quam obrem non contemptum solum denunciatas à Diocletiano saevias minas, aut earum metu fugam latebrasque tentauit, sed ultero se quæctioni, atque iudicio obtulit. Nam Diocletianus re audit, proditum se querens ab Olympiade, qui damnatae discipline ultor constitutus, sectatoremque eius se præbūt, miserat exemplo Ameriam è Consularium numero Mægetium, qui atrocies ab illo penas repolceret, nisi suscep tam temere rationem deferuisse, pristinumque Romanorum Deorum cultum repetivisset. Captus igitur Ameria à Mægetio, & cæteris oneratus ad tribunal, quod rei nobilitandæ causa in medio foro ereatum erat, lictus tur. In quo iudex Mægetius astantibus Dectionibus magistrisbusque Amerinæ vibis, cum confeditisset, primo quidem amice corripuit Olympiadem, quod vir spectate ad id tempus prudentia habitus, ac tantis honoribus functus tam temere se a muliercula induci in fraudem esset passus, & vindicta custosque legum, sacrorumque, leges, sacraque polluere, & fidem Principi suo debet tam, turpiter deserere sustinuerit. Monuitque eum ut quod mulierbi fraude deceptus in consalte admiserat, id matura ac sublubri consilij, ac voluntatis mutatione corrigeret, eiurataque anili Christianorum superstitione, animum ad patrios Deos patrio more colendos, recipere. Atque id si faceret, & fortunas suas, bonaque, quæ fisco iam quæsita erant, & honores quibus merito suo deciderat, filios ei fore ostendit. At si insanius porro pergeret, vitam sibi in cruciatibus relinquendam esse statuerit. Olympiades nihil eo sermone motus, & certus caduce huins, atque brevis vita ab ieiude, & in ipsam immortalitatem tota iam cogitatione, atque mente defixus, non solum ab cognito semel vero, discessurus se aperte negat, atque in eo peccat, sed stultitiam & vanitatem colentium fictos, & commentitios Deos ultro increpat. Nos ergo stulti miserique inquit, Mægetius ridens, qui vita, opibus, honoribus, gratia Principis fruimur, tu felix, & sapiens qui illis omnibus in famatus unius maleficar pueræ præstigijs, spoliari te finis; simul afferri equeulum, quando verba contemneret, tortosque accisi iuber, illum tamen horrari non destitit, ut dum integra omnia illi essent, pertinacia absisteret, & debitum patrijs djs honorem tribueret, nec discindendum se, dilace andumque tam leui de causa præberet. At sanctus martyr, cui humanæ iam res omnes sordebant, ab earamque sensu, animum penitus iam alienauerat, ne responso quidem Mægetij dicta insanæ, atque impietatis plena, dignabatur. Equuleo igitur suspensus, cum hinc tormenti luxata membra duellerentur, hinc flammatis facibus, quas Mægetius ad mortuari corpori iusterat, crudelissime comburerentur, suppliciorum acerbitate future beatitudinis spe facile vincens, mentem orationemque omnem ad Deum vicerat. Et nunc suam indignitatem, sua flagitia, & grauia, quæ in eius sanctissimum numen admiserat facinora accusans, eorum veniam implorabat, nunc gatæ Iesu Christo agebat, quod se dignum duxisset, aut adeo efficeret, qui mortem pro eius nomine opereret, & qui martyres paulo ante insecataretur, martyris gloria, coronaque decoraret. Atque in hac oratione Calendis Decembribus animam egit. Corpus eius ab ecclesiæ Mægetij iussu, beata Firmina cura clam sublatum, ac in ipsius prædio apud Agolianum sepulturæ traditum est, unde in hanc ipsam translatum Ecclesiam, cum ipsius sanctæ Virginis reliquijs ad hanc usque diem sub altari maximo conditum religiose asseruatur. Ecclesiaque ipsa, & ciuitas in virtutisque martyris fide, atque patrocinio conquescit.

Inventionem & Translationem S. Martyris habet supra 24. Novembris, post vitam & passionem S. Firminae Virginis & Martyris.

AN. 140. VITA BREVIS S. PROCULI ARCHIEPISCOPI RAVENNATIS,  
VT HABETUR IN HIERONYMI RVEI RAVENNATIS  
HISTORIOGRAPHI LIBRO  
primo.

CALOCERO Archiepiscopo, qui annum ætatis centesimum superabat viridi senecta, Proculus sextus subrogatur Ravennatum Archiepiscopum, ab columba pæmonstratus, natione Syrus, cuius parentes ex Antiochia, vna cum D. Apollinare venerant. Qui cum ad Christi pæcepta, vite luce cursum accommodasset, iusteque cum fide vixisset, optime de Ravennati ecclæ sia meiitus, de uera iam ætate Calendis Decembribus vitam cum morte commutauit. Sepultus ne apud Aderitum Calocerumque, an in D. Eleocadij, incertum.

DE SS.  
an. 14. confit.,  
acta S. PAV.  
ANTICO C  
vindic.

